et ob hoc vocavit eum Sathana, id est contrarium vel inimicitias. Utrique
puteum, ut dicit Iosephus, obstruxerunt reliqui nolens grande cum
indigenis certamen. Volentes cedere eidem, et huiusmodi praeter-
eundo, destinare fodit tertium puteum, pro quo non contenderunt, ob hoc
vocavit eum Rohoboth, id est latitudinem, quia dilatavit Dominus
super terram. Et ex loco illo ascendit in Bersabee, et apparuit
ei Dominus in ipsa nocte, promittens ei quod et promiserat patri eius,
et aedificavit altare, invocavit nomen Domini, et fixit sibi tentorium, et
foderunt puteum. Non simile est quod audiunt puteum
Abrahae. De foedere Isaac.

Quo quaerentes venit ad eum Abimelech, et Phicol dux militum,
et iurantes invicem se foedus firmaverunt. Eodem die veni-

Isto de partu.

venerunt ad ysaac pueri nuntiantes de puteo quem foderant, quod in
venissent aquam. et appellavit eum bersabee id est puteum saciem
tatis vel habundancie. et impositum est hoc nomen urbi usque in hodiernum
diem. et nota quod in medio nomen scribitur et in septimum. hic non ut
hic differt a nomine quod abraham olim imposuerat. Sabee
enim apud hebreos septem, septimum vel iuramentum sonat. et alibi
vel similiter septem vel per sima genitivi saciem tatem significat. et mo
tuis sonat. Sed eo tempore phorone filii inachi et moloes(?) grece
leges dedit. et sub iudice causas agi instituit. locum quo iudices
destinaverat a nomine suo forum appellavit. Tunc temporis ysis in egy
ptum navigavit. et quosdam apices litterarum tradidit egyptiis.
de agricultura et multa docuit eos. unde cum ... dicerentur ysis ab eis
dea. eadem in lingua eorum terra sonat. et ob hoc post mortem in numero deorum
in egypto recepta est. filia phoronei. qui apud grecos est. eodem tempore
in egyptum navigavit. quem etiam virum ysidis fuisse tradunt.
et hic ab egyptiis dictus est et serapis vocatus. De [illegible]

LXXVII Esau vero quadragenarius duxit uxores iudith filiam beeri ethei, et esau.
et beth samath filiam helon eiusdem loci. ut chananeos
sciret(?) ut nomen dominum faciens in sponte uxores. que cum ambe offen
derent animum ysaac et rebecce. et hec nollet ysaac provinciales sibi
mulieres cognatas. Ita mulieres ille deditur. De benedictione iacob

Senuit ysaac et videre non poterat. et dixit ad esau. fac michi
cibos de venatione tua ut comedam et benedicat tibi anima mea antequam
moriar. egresso esau ad venandum. dixit rebecca iacob. ecce audi
vi patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo. affer ergo michi de grege duos
hedos optimos. ut faciam patri tuo escas quibus libenter vescitur.
et benedicat tibi pro esau. absit inquit iacob et attulit. dedit que matri. Que
cum parasset cibos induit iacob vestibus esau valde bonis quibus
utebatur frequenter. non dixit timebat iacob ne deprehensus a patre
sentiret maledictionem pro benedictione. porro michi pelliculas edorum
manibus et collo eius circumdedit. ut similitudinem pilosi fuis expri
meret. In aliis enim quam simillimi erant tamquam gemelli. acceptos que
cibos iacob intulit patri dicens. ego sum esau filius tuus. comede de
venatione mea ut benedicat michi anima tua. cui ysaac. accede ad
me ut tangam te et sciam utrum tu sis filius esau an non. Et palpa
to eo ait. vox iacob est. sed manus manus sunt esau. et cum comedisset et bi
bisset. iussit osculari eum. et statim benedixit ei dicens. Ecce odor de rore celi
et de pinguedine terre; frumenti vini et | Odor ego filii mei sicut agri pleni
olei. huius tibi dem. serviant tibi tribus | quem benedixit dominus. et videns quod filius
inclite. pro feminis eius. pro viri potentis | erat esau. si intuetur filii
pro oliva pulcherrima. et addidit. dominare | et. Sed dicunt hebrei quod
esto fratrum tuorum. et cetera. maledictus qui | ... similitudine.
maledixerit tibi. sit ille maledictus. et qui benedixerit tibi. sit ille ...
deo. Nota tamen quod in benedictione fertilia sunt habundancia potentia
frugum. Unde pluraliter dicitur ... Quare hoc est benedictio sua est et id in
benedictionibus sacerdotum usque hodie dicitur. benedixit esau et iacob et ultra non ex
utilitatem prius. sic enim ordinat alienum quod putat esse suum et est ac
dinatur. Vix sermone impleverat pater. egresso iacob venit esau
cibos inferens patri petens ab eo benedictionem. expavit ysaac ve

hementer. in hoc grande videns in spiritu a deo factum esse hoc et signum
contra pie fraudis intellexit. et id non intelligens ... qui festi
nat. Sed cur venit fraudulenter. et accepit benedictionem tuam.
et ait benedixi. et esau. Iuste vocatum est iacob. en altera vice
me supplantavit. vel bis decepit. primogenita. Sed benedictionem
surripiens. dixit et ipse a patre benedictionem postularet. et pater hesi
tans tamen quid ei benediceret. vehementer instaret. ait ei ysaac. erit
in pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua et sic fuit. ydumea
ut palestina est. et addidit de posteris eius prophetans. vives gladio
vel bellicosus eris. et fratri tuo servies. et sic ydumea terra est sub
iugo domini israel. sed veniet tempus cum excucies iugum eius
de cervicibus tuis. hoc impletum est. cum rebellaverunt ydumei
ne essent sub iuda. De somnio iacob cum fugeret

LXXVIII Odiebat ergo esau iacob et dixit in corde suo. venient dies
luctus vel mortis patris mei. et occidam iacob. que cum
ei sunt hec rebecce. eodem spiritu sciunt rebecca cogitationes
esau. quibus minabatur iacob fraudatori fratrum. Speculatur
quod iacob de bidento in prima et dolo in fratrem pro ulcione irrisione
matris. orat vero pro fratribus consuluit. Sed ... ait ad
iacob. fuge ad laban fratrem meum. et esto in domo eius donec
indignatio fratris tui ... ne absque ira patris fieret. ait re
becca viro suo. si acceperit iacob uxorem de filiabus heth,
nolo vivere. et advocans ysaac iacob. benedixit ei et pre
cepit ei ut iret in mesopotamiam. acciperet sibi uxorem de filiabus
fratris laban. videns autem esau quod offendisset patrem suum
per nuptias alienigenarum. ivit ad ysmaelem patruum suum.
accipiens sibi uxorem filiam eius malech sororem nabaioth. iter
init. absque hiis quas prius habebat. Sed egressus est iacob de bersabee
pergebat autem per chananeam et non faciens. timuit in
colas terre. Unde ut ait iosephus. cananei erant in
devoti ysaac. propter bella eius valde grati. Magis cum
tamen ... Ita cum sepe laboravit. tamen ergo ia
cob ante cum puniciatur intravit. et sub (i. sub aere) divo iacebat.
Cumque venisset ad luzam. vespere supposuit capiti suo
lapidem et obdormivit. et vidit in sompnis scalam erec
tam a terra celos attingentem. et angelos descendentes
et ascendentes per eam. iosephus dicit vidit descendentes
per eam. figuras honestiores quam humanas. et desuper dominum
innixum scale dicentem. ego sum deus abraham et ysaac.
terram hanc dabo tibi et semini tuo. benedicentur in te
omnes tribus terre et in semine tuo. ero custos tuus et hic ...
et reducam te in terram hanc. addidit iosephus ut
a dominus pius in quo et custodivit iacob. promisit sub iosue
dedit semini eius terram illam. In fine ... ... que de
iacob benedicentur omnes tribus terre. evigilans iacob ait. vere
dominus in loco isto est. et ego nesciebam. terribilis est locus iste.
et est domus dei. et porta celi. prophetavit de lege et de
templo et passione christi. que in terra illa futura erant. terri
bilis est legis domini dei templum. passio christi aperio portam celi.

Ex greco

Sancte ... sacerdotum non debent perpetuo ... eterna.

Ierosolima luza bethel ierosolima iebus helya:
urbs sancta ierusalem dicitur atque salem.

et lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum, id est in memorabilem
memoriam huius visionis, et libavit desuper oleum dans deo votum votivum, dicens
quod si apparatus esset ei deus in via, et lapis, id est locus lapidis, sibi
sit honorabilis, et in reditu decimas et hostias ibi oblaturum.
et urbem proximam et honoratam dedit, vocavitque eam bethel,
id est domum dei, vel secundum iosephum, id est hostiam dei. Postea a iebuseis
qui eam condiderant vocabatur iebus. Prius luza, id est nux vel amigdalus,
quia cum primum fundamenta iacerent, radix amigdalina inventa
est, vel forte copia huius generis arboris ibi erat. De duabus uxoribus iacob
xxix Procedens ergo in mesopotamiam, longo tempore pervenit in charram,
et venit ad puteum in agro opertum lapide grandi, iuxta
quem tres greges accubabant. Cum ergo dixisset pastoribus ut
adaquarent greges et ad pastum reducerent, acceperunt moris
non esse amovere lapidem donec omnes greges convenirent,
nec licere particularem gregem adaquare. Cumque percunctatus
esset de laban, valet, inquiunt pastores, et ecce rachel filia
eius cum grege suo. Quae cum advenisset, amovit iacob
lapidem ab ore putei. Patet ergo non solum virtus iacob, sed ad
adiutorium gigantem eum, iudicans esse se consobrinum eius et osculatus est
eam, quia ignorabat hoc prius. Quae occurrens duxit iacob in domum
laban, et audita causa fugae, dixit ei: os meum et caro mea es,
et ideo securus latebis apud me. Tradidit curam gregis eius hunc
debitum. Postquam autem vidit iacob dedit operam incredibilem pro ser-
vicio pastorali. Habebat autem laban filias duas, liam
lippam oculis, et rachel venusto aspectu, quam diligens iacob
ait: serviam tibi septem annis pro rachel. Servivit ergo pro rachel
septem annis, et videbantur ei pauci dies prae amoris magni-
tudine. Non dictum est parum, quia desideranti nihil ipsa veloci-
tas tarda est, sed dictum est pauci, quia videbantur ei tem-
pora amabilia paucos emisse. Longe plures annos
simul pro ea fecisset ea contenta. Vel dies vocat laborem
dierum, quod videbatur ei parvus, quia laborem levigabat
amor. Completis septem annis fecit laban nuptias
grande suo. Vespere autem fecit subintroduci liam, dans filiae
ancillam nomine zelpham. Iacob vero non dicitur, ut dicit iosephus, quod ebrius
xxx erat et nocte lucernam non habuit. Mane facto deprehendit laban de in-
iusticia conqueritur. Qui dandam necessitati veniam postu-
lavit. Moris loci esse asserens maiores ante tradi ad nup-
tias. Sed post alios septem annos se daturum ei rachel. Lau-
davit eam prolata turpis, dans se non liberum filiam
ad chananeos mittere. Est et de latere pudicam agit.
Quod etiam ubi dixit? Ignorant viros quod dixit
iterum septem alios annos rachel traditurum. Sed post septem
dies convivii quos cum prioribus superinducta sponsalibus non erat. Quibus finitis iacob operans postremo
cum amore sequentis pari studio. Serviens pro rachel
alios septem annos. De iiii filiis liae
xxxi Videns autem dominus quia despiceret liam, aperuit vulvam eius, sorore
sterili durante, ut amorem viri fecunditate conciliaret.

Quae peperit filium et ait: vidit dominus humilitatem meam, id est vilitatem,
quam rachel et ideo vocavit filium ruben, id est visionis filius. Rursum
peperit alium filium et ait: audivit me dominus habere contemptui, et ideo dedit et
simeon, id est auditio. Peperit tertium et ait: nunc copulabitur mihi vir
meus, quia addidi ei filios, et ob hoc dedit et levi, id est additus vel ful-
tor marito. Sacerdotalis. Et quartum peperit et ait: modo confite-
bor domino, et ob hoc dedit et iudam, id est confessio. Cessavitque parere.
Postea rachel invidens sorori ait ad iacob: da mihi liberos, alioquin
moriar. Cui ait: numquid ego sum deus? Et illa: si non de me, saltem
de ancilla mea. Et dedit ei balam in coniugium et ingressa est.
Quae iuncta, conceperit et peperit bala filium. Et dixit rachel: iudicavit
me dominus, id est aequitate me secutus. Et ob hoc dedit et prius dan, id est iudi-
cium. Peperit et alium, et ait rachel: comparavit me deus sorori meae et invalui,
et ob hoc dedit et prius neptalim, id est comparatio vel dilatatio. Lia quoque tradidit
viro zelpham, quae peperit filium et ait lia: feliciter, et dedit et prius
gad, id est felicitas. Peperit et alium et ait lia: beatam me dicent mu-
lieres, et dedit et prius aser, id est beatus. In huius temporibus fuit diluvium
particulare in achaia sub ogige rege, qui urbem quae vocatur
achia inundavit. Eleusinam vocavit. Tunc et apud lacum tritonem virgo
apparuit, quam greci minervam vocant. Huius plures artes adinveni-
mus lanificii. Eadem dea est pallas, a pallene insula traciae in qua
nutrita fuit, vel a pallante gigante quem interfecit. Tradunt autem quod in diluvio
tunc cicladum longo tempore obumbratae fuisset, aeris nocturna
caligine prima omnium delos sole illustrata est, et ideo delos dicta quasi
sonat manifestatio. De reliquis filiis Liae
Ruben tempore messis triticeae, id est iam collectis aridis, vel secundum
rem quod collectis a mensibus, id est colligendo messes dixit,
messis pomorum quae prima messis triticea, quam secunda messis vinde-
miarum, quae tertia. Huius ergo tempore ab agro regressus ruben attulit man-
dragoras et dedit matri suae, quas illa desiderans rachel dixit
liae: da mihi de mandragoris. Opinantur quidam huius generis pomi
in esum sumptum sterilibus fecunditatem praestare, quia auctor simili-
ter dicit: Cum et mandragoram vidisset, creditur hic lectoris animum
mire et non eius diligere, asserit se per scientiam, et non tale reperit
illic in ea, et ait lia: parum ne tibi videtur quod abstulistis mihi virum meum,
nisi et mandragoras filii mei tuleris? Rachel securius vero mutavit?
ait: dormiat tecum hac nocte pro mandragoris. Et occurrit lia re-
deunti iacob de agro, quia eum mercede conduxisset, sibique mandragoris. Et concepit
nocte illa et peperit quintum filium et ait: deus dedit mihi mercedem,
quia dedi ancillam viro meo. Et ideo vocatum est primum ysachar, quod
sonat est merces. Achar enim merces, ys vero est. Et sic vocavit eum, quia man-
dragoris emitur viri mutui. Rursum lia concepit sextum filium et pe-
perit, et ait: cohabitabit mecum maritus, quia genui ei sex liberos, et
ob hoc vocavit primum zabulon, id est habitaculum, licet eum nomine habere
noluerit. Filios vocatur tempore, post quos peperit filiam nomine dinam. Re-
cordatus est dominus rachelis et aperuit vulvam eius. Quae peperit fi-
lium, dicens: addat mihi dominus filium alterum, et ob hoc dedit et prius ioseph,
id est augmentum. De diversis coloribus virgarum
Finitis quatuordecim annis servitutis pro uxoribus suis, iacob dixit socero

suo. da mihi uxores et liberos meos. ut recedam ad terram meam. Et ait Laban. Inveniam gratiam in conspectu tuo. non adhuc in finales vii annos. et gloriatur [illegible] dom deus. Sed et experimento didici quia benedixit mihi dominus propter te. Ait Iacob. Iustum est ut aliquando provideam domui mee. Si feceris quod postulo. adhuc pascham pecora tua. Separa greges varios et sparsos vellere. et tunc in manu filiorum tuorum. Unicolores vero tunde mihi. et quod ex unicoloribus varium natum fuerit. sit merces mea. Quod unicolor est tuum. Respondebit ergo mihi cras iusticia mea. i. in futuro. quod dico. varium fuerit non alba ex albis. nigra ex nigris nascentur. merita iusticia mea. dum dedero pro labore meo quod tu non videbis. reddet mihi deus. Gratum habuit hoc Laban. et separavit omnes diversi colores. et dedit filiis suis in custodiam. Unicolores tradidit Iacob. et separavit iter trium dierum inter Iacob et filios suos. ne quis ex mixtione posset nasci varius. Et tunc planum est. non quod in textu legitur. quod Laban unicolorem gregem tradidit in manu filiorum suorum. scilicet quod ut conmixtio quod dixi. postquam eum tradidisse in manu filiorum suorum. i. nepotum suorum filiorum suorum. scilicet Iacob. quia sub pueri opilionis erant. Vel per anticipationem. dicitur est. i. unicolorem gregem. qui mansit sub custodia Iacob. dedit filiis suis cum diversicolores prius dedit. Vel quia dicitur usque ad tempus sui locum hunc consilium fuisse. Iacob autem novam non sicophanticam [illegible] quod arte illi pugnavit. tulit virgas virides populeas. quas greci limneas vocant. et amigdalinas et platanimas. et per loca decorticavit eas ut virgam ligni varie colorem. Factaque ergo canales. et virgas in eadem longitudine canalibus tulit. cum canalis sua virga in ponens. Fuerat plus erant in canalibus virgule. Observabat quod Iacob tempus quo pecora ascendebant. et in fine diei cum ad potandum ambo properarent. in ipso ardore potandi fiebat ut oves et caprae ascenderent. ut tales fetus conciperent quales umbras arietum et hircorum super se ascendencium in aquarum speculo videbant. Ex virgis et liquoris natura erant illis colores ut aut omnis fetus diversi coloris fieret. et descenderet decolor. Sed temperavit Iacob. per tempore cum ascenderent oves. ex illis fetus meliores fierent. ponebat virgas. ut in conspectu earum conciperent. In serotina vero admissura. i. ea quae fiebat in autumno. ... [illegible] temporis tardie apparentia coit [illegible] non. ergo non apponebat virgas. Sic quae serotina erant. facta sunt Laban. et quae primi temporis. Iacob. Vel serotina admissura dicitur est in autumno. ex non ovium mesopotamie et Arabie [illegible] ut bis in anno pariant. [illegible] bis gravide fiunt. Quod autem dicitur. quae in virgas conceperunt. dicit Ieronimus. in hebreo libro. non tantum exprimi non posse. Sed arte ut eorum corpus gemma geminationem in fine coitus [illegible] similem conceperint magnum solum [illegible] in conceptu voluptatis. [illegible] in ipso maculis gregibus ex hispanis fit dicitur. Ieronimus et [illegible] matronam accusatam quod ethiopem peperit. ex imagine consueta. Et accidisse argumentis defendit. et in libris scriptum Ypocratis reperit. quae dam puniendam. ex pulchrum peperit. utrique parentum genus quoque tota dissimile. admonuisse Ypocratis querere si talis pictura esset in cubiculo. Ditatus est ergo Iacob nimis. Post hec audivit verba filiorum Laban dicentium. Tulit Iacob omnia quae fuerunt patris nostri. et de facultate patris nostri factus est inclitus. Vidit et faciem Laban quod non esset erga se sicut heri et nudius tercius. maxime dicente domino. Revertere in terram patrum tuorum. Misit et vocavit Liam et Rachel in agrum ubi pascebat greges. et ait. Faciem patris vestri video quod non sit erga me sicut heri et nudius tercius. Scitis quod totis viribus meis servierim patri vestro. Sed et pater vester circumvenit me. et mutavit mercedem meam x vicibus. Ieronimus dicit. x annis. Ieronimus dicit est. x annis. Septuaginta. x agnis. et vult quod decima mutatio [illegible] annis facta est. Dicit et vult [illegible] quod omnia tempora quod fuit cum Laban xx annorum fuerunt. Nolui et Iacob tota septimana annorum oportet sub illo. per eam neque. Videns et Laban plures nasci diversicolores. mutabat decipere unicolores sibi merces tua. Iterum videbat unicolores multiplicari. mutabat mercedem. et addidit Iacob. de cetero Varium prius uni. et dedit ei. Et in septimis ostendebat ei quales essent fetus nascituri. quia et dixit ei. Surge et egredere de terra hac. Responderunt Lia et Rachel. Quasi alienas reputavit nos pater. vendidit nos. Tolle divitias de facultatibus et hereditates ei. fac quecumque precepit tibi deus.

Surgens
[illegible]

Surgens ergo Iacob cum uxoribus et liberis. abiit. tulit ergo omnia. Laban et greges. et quod acceperat in mesopotamia acquisierat. Dicit Iosephus quod Iacob. ut ait Iosephus. tradiderat gregis vero Laban. quod eo tempore ad tondendas oves ierat. Rachel et nesciente viro. ydola patris sui furata est. et secum tulit. non colendi. ex doctrina viri sciebat non colenda. sed ut si comprehenderent patrem consequeret. ut ad hoc fugiendo veniam impetraret. Iuit ergo Iacob trans flumen contra montem Galaad. et nunciatum est Laban die tercio. quod fugisset Iacob. Qui assumptis filiis et cognatis suis. insecutus est eum. vii diebus. Tunc Iosephus dicit Laban per primum diem cognovisse dilectionem Iacob et filiarum. placatus est eos. et in colle positos collocatos. invenit eos. Vel dicit. ergo si tercio die cognovit. tunc post primum diem. ut post primum diem dicitur cognovisse. ergo tunc est tenuis. tercia die venit ad eum. non sunt palabantur greges. quos separatim erant a Iacob. Vidit dum dicitur. ut probatum est. Vidit quod Laban in sompnis dominum dicentem. Cave ne quicquam aspere loquaris contra Iacob. Qui consecutus ait ad Iacob. Cur me ignorante fugisti. et cur furatus es deos meos? Cum gaudio et gaudium meum. et tympanis et cytharis. non dedisti. Respondit Iacob. timui ne filias tuas violenter auferres. Ut non tantum me sed filios secum. Quod autem furati me arguis. apud quemcumque inveneris deos tuos. necetur coram fratribus nostris. Ingressus ergo Laban tabernacula Lie et ancillarum. non invenit. Cumque intrasset

XXXI

horum

quod

quod est lat. Antena.

NE

carneli
tabernaculum rachel. illa sub stramentis abscondit ydola et sedit
et querenti patri ait. Ne irascatur dominus meus quod nequeo ei assurgere.
quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit michi. et sic delusa est solli
citudo gentilis. Iratus quoque iacob increpavit eum quod tanta diligentia scru
tatus ... non invenerit. nec ipse omnem supellectilem suam scru
tatus. et ait laban. Omnia que vides mea sunt. sed quid possum facere
filiis et nepotibus meis. veni ineamus fedus. tulit quoque iacob la
pidem. et erexit illum in titulum federis. et ait fratribus suis. afferte
lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum. et comederunt super
eum. et dixit laban. tumulus iste sit testis inter te et me. ne ego
transeam eum pergens ad te malum cogitans. vel tu transeas ad
me nocens. nec affligeres filias meas. vel duxeris alias super
eas uxores. et ob hoc dixit iacob lingua sua collem galaad. id est acervum
testimonii. Gal enim acervus. aad testimonium. laban vero lingua syra
vocavit eum igar sahadutha. laban autem de nocte consurgens benedixit
illis reversus in locum suum. Porro iosephus dicit eos colum
nam in monte statuisse sub similitudine (.i. figura) arcis factae secundum co
lumpnam naturam. *De muneribus missis esau*
Iacob abiit itinere quo ceperat. fuitque ei obviam multitudo ange
lorum. et ob hoc vocavit locum illum manahym. id est castra. quia vel nos angelos
pavores defendere eum a fratre quem timebat. Misit autem ab illo loco nun
cios ad fratrem. qui explorarent fratris animum. Qui reversi nunciaverunt
venire esau qui occurrere pacificum. cum cccc. viris. timuit ergo ia
cob non de promissione angelorum diffidens. sed more hominum per tur
batus. et divisit populum qui secum erat in duas turmas. ancillas
et liberos earum posuit in una turma. In secunda lyam et filios eius. post
tamen que in extremitate eius posuit rachel. et ioseph tamquam carissimos.
ut quam carissimum preferret ... rachel. et io
seph vidisse. Sic enim divisit. ut si veniret esau ad nocendum
et percuteret turmam. reliqua fugiens salvaretur. Segregavit
autem idem de his que habebat munera fratri suo que pulcriora et meliora
erant. et diversorum generum animalia. Misitque ea per duos nuncios sepa
ratim ponens inter gregem et gregem. ut ex frequentia mu
nera sese subsequentium putaret eam plurima. ut muneribus
sedatis indignationibus ... adhuc in esau placaretur. Processerunt quoque
munera. ipse autem eam in manahym consurgens que ad dilucu
lum duxit uxores. et filios et omnibus ad se pertinentibus per vadum ia
bob. (hoc) Iosephus dicit quod torrentem nomine iacob transierit. In gene
rali legitur. Cum transisset iacob torrentem. dixisse. In ba
culo meo transivi iordanem istum. et nunc duabus turmis regredi
or. Sed iordanis circa quem transivit. et quia vel calculos ...
dicebatur vadum iacob. Torrens in medio separans per iacob.
legitur iacob (hoc). et quia transivit illo secundum est hoc vadum iacob.
De lucta iacob cum angelo
Qui cum precederent. Solus in ripa fluminis remansit ut oraret. et ecce
vir luctabatur cum eo usque mane. qui tetigit latum nervi femoris
eius. et emarcuit. ut et iacob sentiret se decipi. Tenens
tamen virum. et ideo ipsum postulans eius obliviscentem quoque aborituram
aurora dixit vir ad eum. Dimitte me. Qui non dimittam
te nisi benedixeris michi. Quo ait. quod nomen est tibi. Ait ille. vocor iacob.
Nequaquam inquit ultra appellaberis iacob sed israel. quia si contra deum
fortis fuisti. quanto magis contra homines prevalebis. Et benedixit iacob.
ei. innuendo scilicet non confirmando. ne tribus fratrem. quia scilicet contra deum
fortem ... invictus fuerit. et ei in signum quia invictus steterit contra fratrem.
Iosephus dicit hoc nunc israel hebraice sonare reluctantem angelo sancto.
Israel autem nomen habens interpretatur vir videns deum. hanc autem interpretatio
nem dicit ieronimus cum nimis violentam fratrem esse. illam iosephi dicit.
Sed in hebreo non invenisse. et dicit israel non sonare principem cum
deo. quod et angelum interpretatum fuisse asserit. sed quia contra deum principes
fortis fuisti. et cetera. vocavitque iacob locum illum phanuel. id est fa
ciem dei. et ait. Vidi dominum facie ad faciem. et salva facta est anima mea. id est de
valde extrema periculum consummata. Et ortus est ei sol cum transgressus esset phanuel
et ortus est ei sol et claudicabat. *De occursu Esau*
Elevans autem oculos vidit esau et cum eo. cccc. viros. et procedens
ipse. utramque turmam que sequebatur. adoravit pronus in terram
septies. Currens autem esau amplexatus est eum. et deosculans eum
flevit. et intuens est ceteras mulieres et parvulos cum accepisset pa
rentem ad iacob. accesserunt et deosculate sunt eos. cumque nollet esau
munera suscipere. rennuens se plura habere dixit. ait iacob. Si
inveni gratiam coram domino meo. accipe munuscula de manu mea.
Sic vidi faciem tuam quasi viderim vultum dei. id est alicuius potenti
ssimi. non ut aut crederetur illum deum aut in terram provi
pisset adulterum. Reversus est ergo esau in die illo in seyr vi
lam. sed que de nomine suo est dicta. Iacob vero que precedens. Fixit
tabernacula in loco. qui ob hoc dictus est socoth. id est tabernacula.
de quo dicit ieronimus. Socoth est usque hodie civitas trans iordanem
in parte scytopoleos. et gedeon transiverunt iordanem cum lo
cutus est ad viros socoth. Sed mirum est quod dicitur trans iordanem cum
iacob secundum ordinem iam dictum transisse iordanem antequam esset in
socoth. trans iordanem dicit respectu mesopotamie. de
qua redibat iacob. vel postquam vadum transierat iordanem. sed ia
bob. Cum autem dixit transiordanem illum non preciderit nobis. sed nondum
transivit unde indicatur. Abiit de socoth in salem urbem. scilicet
sichimorum. id est in sichem. a sichem scilicet sichimi vel sichimite dicti.
et fuerat binomia civitas. ut ut tradunt hebrei quidam mos decor
eam. unde eam vocavit salem. id est consummatam. et perfectam. quia ibi sanus
claudicatione iacob sanatus sit. Porro iacob emit partem
oppidi ... ab emor rege sichimorum et a filiis eius centum
agnis. et erecto ibi altare invocavit fortissimum
deum israel. *De raptu sichimitarum*
Egressa est autem dyna ut videret mulieres regionis illius. quia
ut ait iosephus. sichimite sollempnitatem habebant. sola
ingressa est ad urbem. ornatum earum mulierum provincialium visura.
Quam cum vidisset sichem filius regis. adamavit eam. et rapuit.
et eam oppressit virginem. et conglutinata est anima eius cum ea. et ait ad
patrem. Accipe michi puellam hanc coniugem. Egressus quoque rex cum
filio ad iacob. filii iacob venerunt de agro. et irati sunt
valde. Regi autem querenti ineundam eorum amicitiam et societatem

Nota: tumulus nota?
XXVI. manahym.
Secundum translationem alterius neque ... similiter ... dimittere eam ... antequam benediceretur iacob.
Sed nota ... iacob et ... angelo ... mutatione ... nominis.

Fecit ... quod ... ut ... cum ... ut ... quod ... non ... ut ... quod ... voluerit ... dei. Sed ... benedictione ... quod ... cum ... et ... gratiam ... humilitate.

Vir ... et nomen ... dictum.

XXVII

Sed non ... ut ... quod humana ... ut ... sit ... quod ... reparare videatur.

corp. et ut munia coherent, cingua et Sichem ostium urbis, et pre-
tium ampliant. Responderunt in dolo. Illicitum est nobis dare filiam nostram in-
circumcisis, sed circumcidamini, et erimus populus unus. Placuit oblatio Emor et Si-
chem filio eius, et distulit adolescens quin statim impleret, et intrantes ur-
bem persuaserunt civibus, et circumcisi sunt omnes. Tertia die vero, quando gravis-
simus est dolor vulneris, Symeon et Levi arreptis gladiis ingressi
domus urbis ingressi sunt, et interfecerunt omnem masculum, et con-
tulerunt de domo Sichem sororem suam. Ceteri vero filii Iacob irruerunt
super occisos, et depopulati sunt urbem, parvulos quoque et uxores cap-
tivas duxerunt. Iosephus vero dicit quod festivitas erat Sichimitis, et Sichimi-
tae vacabant epulis et vino, nocte custodibus aliis
dormientibus, irruentes interfecerunt. Quo agnito dixit Iacob Sy-
meoni et Levi: Turbastis me, et odiosum fecistis habitatoribus terrae huius;
qui venientes percutient me et delebor ego et domus mea. Dixit autem Dominus ad Iacob:
Surge, et ascende in Bethel, et habita ibi, et fac al-
tare Deo qui apparuit tibi, et mutate vestimenta vestra. Iacob autem quasi in
domo Dei purgaturus suos, invenit deos Laban, et aurea
inaures, et sculpta, quos Rachel celaverat, et eos in terra sub
terebintho, et ait suis: Abicite deos alienos, et mundamini, et ascen-
damus in Bethel. De Sichem ut auctoritate in idola transf-
erant, id est, gentilium idolorum a parte Terach. Quod videns Iacob,
sub terebintho, quae est post urbem Sichem, et nudus tamen quidam ea
tulit et in terram et conflavit, et in templum quod fecit Garisim posuit.
Sileo. Pavor autem Dei invasit finitimos, ne persequerentur
Iacob. Qui profectus venit in Bethel, et aedificavit ibi altare
Domino. Sepultaque est ibi eo quod Deus vocavit eum. Eo tempore mortua est
Debbora nutrix Rebeccae, et sepulta est in Bethel sub tere-
bintho, et vocatum est nomen loci quercus fletus. Et iterum apparuit Deus ei et benedixit
ei, et dixit: Non vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum, et appellavit
eum Israel. Locus patet quod non repetitum est. Et ante surrexit
super. De morte Rachel
Egressus vero Iacob venit verno tempore ad terram quae ducit
Ephratam, id est, Bethleem, et dicitur Ephrata, sicut dictum est, et Ephrata
ab uxore Caleph, quae ibi sepulta est. Ibi dum parturiret
Rachel, coepit periclitari, et peperit filium, egrediente ani-
ma prae dolore partus moriens vocavit filium Benoni,
id est, filium doloris mei. Pater vero eius commutans eum vocavit Ben-
iamin, id est, filium dexterae. Sepulta est igitur Rachel in via quae
ducit Bethleem, et sola inter cognatos honorem sepulturae
Abrahae non tenuit. Erexit que Iacob titulum super sepulcrum
eius, qui apparet usque in praesentem diem, et egressus ultra fixit taber-
naculum trans turrim Ader, id est, turrim gregis. Hunc locum dicunt
Hebraei ubi postea constructum est templum, et dicunt quod quidam va-
ticinio turrim gregis, vel congregationis, tendebant ad templum.
Sed verius ait: Locus est in Bethleem, ubi vel angelorum grex
in ortu Domini cecinit, vel Iacob greges suos pavit.
Ibi vero loco relinquens, quo Ruben dormivit
cum Bala concubina patris. Quod tamen non latuit Iacob. De morte Ysaac

Venit etiam ad Ysaac patrem suum in civitate Hebron,
id est, Mambre, id est, Arbe, ubi est Abraham advena. Invenit
compleatque sunt dies Ysaac centum octoginta annorum, vel secundum Iosephum
centum octoginta quinque annorum, et appositus est populo suo plenus dierum, et sepelierunt
eum filii eius Esau et Iacob in spelunca duplici. Haec dimi-
natio est primae libri Iosephi. Patet mortuo patre diviserunt sibi
Esau et Iacob terram quae eos capere non poterat, et rediit Esau ad
montana quae dicuntur Seyr, et dicta est terra Ydumea, ab Edom,
quae postea Bosra dicebatur. Enumerat Moyses reges
illius terrae, a primo usque ad ultimum. Quem inde populus agit,
et regnavit post Bale Iobab filius Zare de Bosra, et hunc
dicunt quidam fuisse Iob pronepotem Esau. Sed Hebraei contra
ut supra dictum est. Videtur etiam in Genesi quod eadem terra ante Esau et
dicta fuit Seyr. Enumerat etiam filios Esau, enumerat principes
Horreorum qui habitaverunt in terra ante Esau, de quibus Moyses dicit: Isti sunt
filii Seir Horrei habitatores terrae, et hos Horreos expulit
Esau, ut legitur in Paralipomenon. Sub monte Seyr est ca-
Aldam vero dicunt Hebraei enumeratos re- maleth. Ydumea est
ges qui fuerunt in Edom antequam re- terra Damascena, nam
gnum Israel haberet regem, scilicet Saul. et Esau habuit Damasc.
Et dicunt hanc enumerationem esse per pro- Theman metropolis
lepsim. Ab Edom qui servire potuit Ydumeae, ubi Eliphaz
eam. In enumeratione vero istorum Themanites, et Suchi
legitur de Ana filio Sebeon: Est Ana ubi Baldach Suhites.
dux Esau, qui invenit aquas Bosra in finibus Y-
calidas in solitudine, dum pasceret dumeae et Arabiae.
asinas patris sui. Hebraeum ubi est Libanus dividit Ydu-
et tamen iamim, de quo ut ait Iero- meam et Phenicem,
nimus disputant Hebraei. Dicunt quidam in cuius radice civitas
iammim maria, quod lacum in heremo Alterna, et fontes
invenit. Alii putant aquas calid- fluvii fluentis secundum
as, iuxta punica quae affinis est He- Antiochiam.
breae. Hanc enim dicunt aliqui genera tunas vocant. Alii dicunt eum
onagros asinabus admiscuisse, ut inde veloces equi
asini nascerentur, quos vocant iamim. Alii dicunt iamim
ad societatem, quod primus equos asinis fecit ascendi, ut mu-
li nascerentur.

Et notandum quod in recapitulatione filiorum Esau po-
nit Moyses alia nomina uxorum eius ab illis quae supra posita
sunt. Dicit etiam Iosephus quod Amalech filius Esau nothus de concu-
bina, habitavit in parte Ydumeae quae Gabonitis di-
cebatur, et dicta est Amalechitis. Huius vero posteritas
successionis est ad generationem Iacob secundo tempore, propter hoc quod se-
cessit ab Israel. Primus dicitur fecisse hoc Esau. Tunc quoque de radicibus se-
cuti dicuntur. Tunc quoque legitur fecisse imagines hominum, quas
arte quadam ambulare fecit. Invenit etiam primus ca-
lamum, scilicet ferream, et molivit gemmam. Unde et unguem vo-
cant. Quod Ydumaei magis carius, quia gemma metallo circumda-
tur, tradidit aurum, ut in quarto digito qui medicus vo-

eam. ponitur ad honorandum dignitatem huius vel illius dicitur quod
ab eo illuc ad eam quidam vena pertingeret. Dicitur et ea tempes-
tate incoleratum in navi in qua pictus erat draco. Et gentium
venisse. et draphi [illegible] alie agriculturam. natus est vero per multum
tempus a mundi [illegible] et mulierem frumenti adinvenit. cum per in-
ventionis [illegible] gentes potentiam. et ideo pro actibus [illegible]
[illegible] a gentibus dementia deus est. tunc et thechi-
nes [illegible] et equulus [illegible] condiderunt. De venditione Ioseph.

Ioseph autem cum xvi esset annorum pascebat gregem cum fratribus
suis. Sciendum quod ante mortem ysaac xii annis venditus
est Ioseph. quod sic patet. Centenarius erat ysaac cum natus
est iacob et c.lxxx annorum obiit. ergo c.xx annorum erat
iacob in morte patris. In venditione autem filii c. et viii annorum
fuit. cum enim venit ad Ioseph in egyptum c.xxx annorum erat.
ergo viginti duo annis defuncto eo in egypto et venditionem Ioseph.
fluxerunt xxii anni. Ioseph enim xvii annorum erat cum vendi-
tus est in egyptum. et xxx cum venit ad pharaonem. cum pre-
sentavit se moyses ad idem quod premisi. Dum enim rediret ia-
cob de mesopotamia. et natum venisset ad patrem. adhuc vi-
vebat rachel et iosephum. Sed et venditio Ioseph in hunc mo-
dum. Odiebant eum fratres sui quod a patre plus ceteris amabatur. eo
quod in senectute genuisset eum. eo quod presentaret eorum et sa-
pientiae cordis eius. accusavit quoque fratres apud patrem crimi-
ne pessimo. ut de odio in ipsum. vel de eo [illegible] eum vendidit.
vel solum ruben pro gentibus patris. fecit quoque pater ei tunicam
polimitam vel maculis. vel acu pictam. vel secundum aquilam tunicam
astragoleon. id est talarem. vel secundum symachum tunicam ma-
nicatam. id est manicas habentem. Alii colobium viderunt vero quod
polimitas erat. per eum variorum manu picta acu. scilicet
[illegible]. Cum autem odium maneret. fuit visio somniorum. Re-
tulit et fratribus somnium quod viderat dicens. putabam nos li-
gare manipulos in agro. et vestros manipulos adorare ma-
nipulum meum stantem. Et dixerunt. Numquid rex noster eris. aut
subiciemur dicioni tuae. Aliud quoque somnium presente patre retulit
eis. Vidi quasi solem et lunam et xi stellas adorare me.
Increpavit eum pater et ait. Numquid ego et mater tua et fratres tui
adorabimus te super terram. potuit hoc dici quia mater eius
adhuc vivebat. Sed tamen mater eum adoravit. quia non descendit in
egyptum. sed pater loco eius adorasse. quia Ioseph sustinuit.
Sed fratres adoraverunt. et parentes in filiis. Cum que fratres in pas-
cendis ovibus morarentur in sichem. misit eum pater de valle
hebron. ut videret si cuncta essent prospera. Cum que non
invenisset eos in sichimis. secutus est eos in dothaim. Quem
ut vidissent cum parentibus mutuo loquebantur. Ecce somniator
venit. venite occidamus eum. et mittamus eum in cister-
nam veterem. dicentes quod fera pessima devoravit eum. Ru-
ben autem volens liberare eum. aiebat. non effundamus sangui-
nem innocentis. sed vivum proiciamus in cisternam. ne patris u-
na perimatur. et mater in luctu. Et ut venit Ioseph adhuc ma-
ter in vita esse. Nudaverunt ergo eum tunica polimita.

miserunt in cisternam in qua non erat aqua. Et recessit ruben melius
inveniendi causam patris. Dum autem sederent comedentes panem. viderunt
hysmaelitas venientes de galaad portantes in camelis
aromata et resinam et stacten in egyptum. Dixit quoque
iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum et
si in morte polluamur. celando sanguinem eius. Melius est ut vendatur
hysmaelitis. et venundaverunt eum madianitis. xx. argenteis. Et
dicitur vocari madianitas et hysmaelitas. Madian enim de
cethura filius abrahe. et hysmael de agar. et filios utriusque
sibi uxoribus. Legitur separasse abraham ab ysaac. et separari si-
bi ad orientem vel unum et filii sunt unius patris. vel unus pater
ex ii. vel ut est hebreus oppido. quod dicitur agar. et cethura una
fuisse. et in terra non legitur filio. Reversus autem ruben ad
cisternam non invenit puerum. et scindens eum intempestivus scis-
sis vestibus eiulabat. Sed accepto quod venditus est. et tincturam tunice
eius Ioseph. et tunicam in sanguine hedi tinxerunt. et miserunt
eandem qui ferrent ad patrem et dicerent. Hanc invenimus. vi-
de si filii tui est tunica. Quam cum agnovisset pater ait. Fe-
ra pessima devoravit filium meum Ioseph. Scissis quoque vesti-
bus indutus cilicio. luxit quoque filium multo tempore. Congregatis
quoque filiis ut lenirent dolorem patris. noluit eos audire. sed di-
cebat. descendam lugens ad filium meum in infernum. Erat
et tunc quidam locus in inferno barbarus. longe remotus a locis
penalibus. qui ob claritatem et separationem ab aliis. sinus dice-
batur. ubi sunt manes dicti. et dictus est sinus abrahe. quod
et abraham ibi erat in sustentatione usque ad mortem christi.
Madianiti vero. De venditione Ioseph in egyptum.
vendiderunt Ioseph in egypto putifari eunucho
magistro militie pharaonis. alii dicunt archimachero
id est principi coquorum. macha enim coquina dicitur. vel secundum coquos
a machera quod est occide. non abhorret a vero. quod apud plures
nationes. dapiferi principis honorabilis est. et princeps mi-
litum. huic vocatur Ioseph. putafarem. Sed ieronimus non
hunc castratum sed esse asserit. sed habuit uxorem et liberos. quod io-
seph filiam ipsius duxit in uxorem. non de eunuchis regis
fuit. quod prius castratus. Sed tradunt hebrei quod videns
Ioseph elegantem. emit eum ut ei misceret. Dixit enim custo-
diens Ioseph. viris adeo infrigidavit. ut deinceps impo-
tens fuit coitu. tunc eunuchus erat. et quod videmus eum
ieiophanti creatum. de more suo eum pontificem elio-
poleos constituit. et honoraret eum sicut alia in princi-
patu. Quod iudas genuit phares.
Eo tempore autem quo Ioseph venditus est. quod hic in medio est
per recapitulationem. discedens iudas a fratribus suis divertit
ad virum odollamitem nomine iram. et accepit in uxorem nomine
sue chananei filiam. et peperit ei her primogenitum. deinde
onan. post selam. dedit autem iudas her primogenito uxorem
nomine thamar. Fuit autem her nequam. id est abutens natura uxoris.
et occisus est a domino. id est subitanea est morte. in thoro super uxo-
rem. et dixit iudas ad onan. ut ingrederetur ad eam. et

scio. sac. phari non templi. vel Iosephum sac. templa vel sacerdotes seminis.

scitari veste meretricis vel ebrietas temulentissima, et vilissima tegmina. et chari id est retorta dicitur que ferri et vestis eam scilicet doctis erat secundum glosam et stolam.

scilicet in duobus.

Enim ac

suscitaret semen fratris, in quo peccatum quidam in lege scriptum est, quod aut eam sine obsecratione. Qui indignans quod non nasceretur sibi liberos, fundebat semen in terram, vel iuxta literam, ne pregnans cognosceret, semen fundebat, et percussit eum dominus. Remisit ergo iudas thamar, ut esset vidua in domo patris sui, donec cresceret Sela. Qui adultus, timuit eum dare thamar, et dissimulabat. Mortua est autem uxor iude, qui consolatione accepta post luctum, ibat ad tondendas oves cum yram opilione suo. Quod audiens thamar, et depositis vestibus viduitatis, assumpsit theristrum, sedit que in bivio itineris, quod ducit thamnam. hebraicum sonat, in oculos sedit. Sic et vocatur bivium, vel divigentia debet aspicere ut eum teneat quo gradiatur. Quam cum vidisset iudas, suspicatus est eam meretricem, vel scortum, cui dixit, sine me ut coeam tecum. que ait, quid dabis michi? et ille: mittam tibi edum de grege. et illa: patiar quod vis, si dederis michi arrabonem. et dedit ei anulum et armillam, et baculum, quem gerebat per manu. Ad unum igitur concubitum concepit mulier geminos, et abiens recepit vestes viduitatis. Misit ergo iudas ei hedum per pastorem. Qui cum non invenisset eam, rediit ad iudam sine pignoribus. Post tres autem menses, dictum est iude: fornicata est thamar, uterus eius intumuit. Qui ait: producite eam, ut comburatur. Que cum duceretur ad penam, misit socero suo pignora dicens: de viro cuius hec sunt concepi. Qui ait: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Sed fecit ne periret semen filii mei. At tamen ultra non cognovit eam iudas. Instante igitur partu, apparuerunt duo in utero, et in ipsa effusione infantium, protulit manum unus, in qua ligavit obstetrix coccinum, et ait: hic egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egressus est alter. Dixit que mulier: Quare propter te divisa est maceria? et ob hoc vocavit eum phares. Macheriam dixit membranam secundam, in qua involuitur puer in utero, que dividitur in partu. et sequitur puerum. Postea egressus est alter, et vocatus est zaram, vel oriens, quia prior apparuit, vel quia plurimi iusti ex eo nati sunt, ut legitur in paralipomenon. Cum super regum in principio cum legitur obstetrix in gemini sit coccinum ligavit in manu phares, quod ab eo quod prima necem divisa est phares dictus est. Forte prius coccinum circa ligavit de manu zaram et alligavit phares, ut de fratribus gemellis signum distingueret.

De venditione ioseph.

Igitur ioseph ductus est in egyptum, emit que eum phutifar eunuchus. fuitque dominus cum illo, domum que domini sui sic domum gubernabat. benedixit que dominus domum egyptii propter ioseph, qui cum quidem de omnibus non nosset in panem quem vescebatur. Factum est autem post multa dies, oculos iniecit in ioseph, et ait domina mea: dormi mecum. Qui respondit: omnia sua tradidit michi dominus meus, preter te. Quomodo ergo possum hoc facere, peccare in deum meum? accidit autem ut ait ioseph, ut publica festivitas instaret, et ut mulieres videre debebant. Tunc illa egritudinem simulavit intus, et operans ob hoc suum tempus, audiens, et sibilavit ut ingrederetur ioseph, et apprehensa lacinia pallii ioseph, ait illi: dormi mecum. Qui motus relicto pallio in manu eius egressus est foras. Illa contemptam se dolens, in argumentum fidei retinens pallium, ostendit marito reverso dicens: Ingressus est ad me servus hebreus ut illuderet michi. Ille nimis credulus [illegible] vis coniugis, iratus contra ioseph tradidit in carcerem regis. Fuit autem dominus cum illo, et dedit illi gratiam in conspectu principis carceris, qui tradidit ei carcerem et vinctos in custodia eius posuit.

De sompnio

Accidit autem ut pincerna regis et pistor in eundem carcerem mitterentur. et ioseph ministrabat eis. Viderunt que ambo sompnium nocte una. Quos cum mane vidisset ioseph tristes, sciscitatus est ab eis causam doloris. cui que acceperit per sompnium dixit ait. Referte michi que vidistis. Nonne dei est interpretatio? Et ait prepositus pincernarum: videbam coram me vitem, et in ea tres fundos oculos, scilicet tres surculos, palmites. alii ponunt flagella. ut crescere paulatim gemmas, quod idem est, et paulatim crescere gemmas, et post flores uvas maturescere. premebam que uvas in calicem pharaonis quem tenebam. dabamque poculum pharaoni. Et ait ioseph: Deus dedit in bonum hominibus usum vini. Vinum et ipsi bibant. Solutio huius et ethicas. et bona est eius visio. tres propagines tres adhuc sunt dies. post quos restituet te pharao in gradum pristinum. memento mei cum bene tibi fuerit, ut suggeras regi, ut educat me de isto carcere, quia de terra hebreorum furto sublatus sum, et innocens in lacum missus sum. Tunc ait pistor: vidi quod tria canistra farine super caput meum, et in superiori me portare cibos, qui fiunt arte pistoria, aves que comedere ex eo. Vel canistra tria plena panibus, canistra levia ab pondere, vel oblonga, vacua que alias, alia solent regibus ministrari. Genus hoc est canistri conditum, vel panis scilicet. et portare eum quod in superiori erant panes subcinericios, quod erant panes pistorii. de quibus vescebatur pharao. Et ait ioseph: Hec est interpretatio somnii tres adhuc dies sunt, post quos pharao suspendet te in cruce, et comedent aves carnes tuas. Tertia dies natalis pharaonis erat, et ut epulas recondens pincerne, restituit eum. pistorem in suspendio. oblitus que est pincerna interpretis sui.

De expositione ioseph

Post duos annos vidit pharao sompnium. Putabat se stare super fluvium de quo ascendebant septem boves crasse, id est electis carnibus vel plene, quia ob esum educarentur. et post alie septem emergebant de flumine sima confecte macie. et devorabant priores. Expergefactus pharao, rursum obdormivit, et vidit aliud sompnium. Septem spice plene pullulabant in culmo uno. alie quoque totidem vix oriebantur tenues et percusse uredine.

sinu

aliud. scilicet bibat.

et deuorabant priores. Tunc pharao conuocauit coniectores et sapien-
tes egypti. et non erat qui interpretaretur. et recordatus est pincerna magi-
stri sui. scilicet ioseph. et eius suggestione ad regis imperium educ-
tum de carcere ioseph totonderunt. uidelicet et capillos inciderunt et
crinium pectine, et ueste mutata oblatus est regi. Rex quoque
ex prima ei dixit: audiui sompnia non timeas edissere que
quis sit. Narrauit quoque quod uiderat, et ait ioseph. Sompnium
regis unum est unius significationis. Que facturus est deus, ostendit pharaoni
Ecce. vii. anni uenient fertilitatis magne in uniuer-
sa terra egypti. quos sequentur alii vii. tante sterilitatis. ut ob-
liuioni detur cuncta retro habundantia. Ad idem sunt septem
uacce boues agricole, et spice. et sompnium repetitum: firmitatis est in-
dicium. Quod autem in littore fluminis uidisti, hoc est, fertilitas et steri-
litas ex flumine magis creantur. Nunc ergo prouideat rex ui-
rum. et quintam partem frugum per. vii. annos fertilitatis
congerat in horrea regis. ut sufficiat aduersus futuram fami-
tem. pharao miratur utrumque in se ioseph, et sompniorum dis-
cretionem et dispensationem consilii. dispensationem id est con-
silii eiusdem. quod spiritu dei plenus esset. Ecce tercio iam insinu-
atur esse spiritus dei. primo in spiritus dei ferebatur super aquas. secundo ubi
Non permanebit spiritus meus in hominibus illis. tercio hic. Tulit-
que pharao anulum de manu sua, et dedit in manum eius, et
collo torquem auream circumposuit. et fecit eum secundum in reg-
no. ascendit que currum regis ioseph clamante precone, ut
omnes coram eo genua flecterent. sicut coram rege. hebrei tra-
dunt preconem non clamasse ad geniculationem. sed abrec
quod sonat pater tenerrime. abba id est pater. rech. delicatus uel tenerri-
mus. et ut sit certior tamen tali sapientia pater. et ait rex ad ioseph. ego sum
pharao. intimidans est et est sensus. Sic sum ego rex tecum pharaone, quod uere
est quod dicam. absque tuo imperio non mouebit quisquam manum
aut pedem in egypto. i. non egredietur quispiam hinc sine
tuo mandato. id est, prius fungetur officiis. et uocauit eum lingua
egyptiaca. phanee. phane i. saluatorem mundi. quod grece
pontifices dicitur. hebraice sonat absconditorum inuentorem.
et dedit ei assenec filiam phutifar domini sui uirginem. xxx.
annorum erat ioseph. cum stetit coram pharaone. nati que sunt
ei duo filii. priusquam ueniret fames. uocauit que filium primoge-
nitum manassen. quod est obliuio. dicens. obliuisci me fecit deus
laborum meorum. et domus patris mei. secundum uocauit effraim quod est
fructificans. dicens. crescere me fecit deus in terra paupertatis mee
Usque collegit grana. De ingressu fratrum in egyptum
vii. anni quos ubertas uenerunt inopie cum. et clamauit
populus ad pharaonem alimenta petens. quibus ille ait. Ite ad io-
seph. aperuit que ioseph horrea. et uendidit egyptiis. alie
et prouincie ueniebant in egyptum ut emerent escas.
pecuniam. tradebatur archariis regis. Audiens autem
iacob quod esset uenalitas in egyptum. misit illuc x filios
suos beniamin domi retento. Qui ingressi terram egypti
uenerunt ad ioseph. et non cognouerunt eum. cum que eum adorassent
terra. et cognouisset eos. durius loquebatur eis dicens. Vos ne

misisset quia dixit se de terra chanaan. ad emendas escas. et ille.
exploratores estis. ut uideatis infirmiora terre. et dicitis
uenalitas et illi. non est ita domine. sed sumus xii. omnes filii unius
uiri. minimus cum patre nostro est. alius non superest. qui ait. hoc est quod
locutus sum. exploratores estis. Impossibile est enim uiro priuato
tales filios habere. cum et regibus tali filiorum copia ualde
sit difficilis. per salutem pharaonis non egrediemini omnes hinc.
donec ueniat frater uester minimus. mittite unum ex uobis qui ad-
eis ... benadab ... egressi sunt de sa-
maria ... in occursum eorum viros dicens: Sive ad pacem sive
ad prelium veniunt, apprehendite eos vivos. filii ergo principum
percusserunt eos. unusquisque virum qui contra se veniebat. et fugit syria
... rex israel percussit equos et currus ... plaga
magna. Tunc accedens propheta ad achab dixit. Confortare
et ... vide quid facias. Sequenti enim anno rex syrie ascen-
det contra te ... habeas ... Tunc dy-
xerunt servi benadab ad eum. dii montium sunt dii eorum. pug-
nemus contra eos in campestribus et obtinebimus eos ...
... reges ... principes ... et instaura numerum pugnatorum ... ad bellum.
Igitur postquam anni venerat, venit benadab cum exercitu in aphec. quod
in campestribus. porro filii israel castra metati sunt contra eos quasi duo
parvi greges caprarum ... repleverunt terram. et accedens unus vir
dei ad achab. ... dixit dominus ... vallium ...
... tradam eos in manu tua. et dirigebant acies ex adverso
.vii. diebus. ... die percussit filios israel ... pedites et reliquos

fugerunt in Aphec in civitatem, et cecidit murus super eos qui remanserant. Benadab autem fugiens ingressus est civitatem latuitque in cubiculo quod erat intra cubiculum. Cui consuluerunt ne fugeret, sed veniret ad Achab inermis per servos, et scientes reges Israel clementes, accinxerunt lumbos suos saccis, et posuerunt funiculos in capitibus suis, et venerunt ad regem Achab dicentes: Servus tuus Benadab dicit: Vivat, oro te, anima mea. q. d. [illegible] posuerunt [illegible] pro anima mea. Qui ait: Si adhuc vivit, frater meus est, i. faciam eos fratres. Quod rapientes verbum ex ore eius, quia per illusionem deliberat, addiderunt: Benadab ad eum. Elevavitque eum Achab in currum suum. Dixitque ad eum Benadab: Civitates quas tulit pater meus a patre tuo, reddam tibi. Facito plateas in Damasco, i. forum rerum venalium, sicut fecit pater meus in Samaria. Et icto federe recessit ad propria. Tunc Micheas dixit ad socium suum in sermone Domini: Percute me. At ille noluit. Cui ait: Quia non audisti vocem Domini, ecce recedes a me et percutiet te leo. Et factum est. Invenitque alium virum dixitque ad eum: Percute me in capite. Qui vulneravit eum. Tunc propheta mutavit vultum aspersione pulveris et sanguinis, clamavit ad regem in via: Servus tuus in prelio. Adduxit vir unus captivum suum ad me dicens: Custodi istum. Qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, i. eris occisus pro eo, aut talentum argenti appendes. Cum autem ego turbatus me huc atque illuc verterem, subito non comparuit. Et ait rex: Iudicium tuum est quod ipse decrevisti, aut [illegible] facies. Tunc lota facie agnitus est propheta a rege, et ait: Hec dicit Dominus: Quia dimisisti virum blasphemum dignum morte, erit anima tua pro anima eius, i. ipse te interficiet. Reversus rex propheta iussit eum clausum custodiri, et venit in Samariam.

De vinea Naboth

Post hec Naboth Iezrahelites habebat vineam iuxta palatium regis, et dixit ad eum rex: Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi in ea hortum holerum. Daboque tibi pro ea vineam meliorem vel pretium. Qui respondit sic: Absit ne dem hereditatem patrum meorum tibi, q. d. non possum. Hereditas enim erat et ita a patribus, ut relinqui eam prohiberetur. Et proiciens rex se in lectum nolebat comedere, et confortavit eum Iezabel dicens: Surge et comede; ego dabo tibi vineam Naboth. Et scripsit litteras ex nomine Achab, et anulo eius signavit ad iudices Iezrahel, ut convenirent et ieiunarent, [illegible] iudicium factum, et subornarent testes adversus Naboth, qui dicerent: Benedixit Naboth Deum et regem, i. maledixit, et [illegible] et iudicarent reum maiestatis, lapidarent. Et factum est ita. Et lapidatus est Naboth extra civitatem Iezrahel. Cumque accepisset Achab de morte Naboth, descendebat in vineam ut possideret eam. Et occurrit ei Helias Thesbites dicens: Hec dicit Dominus: Occidisti, insuper et possedisti. Hebreus [illegible] hereditabis. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent et tuum sanguinem, i. in eadem regione. [illegible] intelligunt eodem loco singulariter. Qui ait: Num invenisti me inimicum tuum, i. quasi inimicum mihi? Et ait Helias: Eo quod venundatus sis diabolo, ut faceres malum coram Domino, propterea Dominus demetet posteritatem tuam, et dabit domum tuam sicut domum Ieroboam. [illegible] Sed et de Iezabel dicit Dominus: Canes comedent Iezabel in agro Iezrael. Achab igitur timuit valde, scidit vestem suam et operuit se cilicio, et dormivit in sacco, et ambulavit demisso capite. Et ait Dominus ad Heliam: Quia humiliatus est Achab coram me, non inducam malum hoc in diebus eius, sed in diebus filii sui. [illegible] ei peccatum propter penitentiam [illegible]. Transierunt igitur tres anni sine bello inter Syriam et Israel, propter fedus quod inierant.

De morte Achab

Tertio anno Iosaphat rex Iuda accepit uxorem filio suo Ioram Athaliam filiam Achab et Iezabel, et per affinitatem confederati sunt rex Iuda et rex Israel. Tunc descendens Iosaphat ad regem Israel causa videndi et confederandi, dixit Achab servis suis: Ignoratis quod Ramoth (civitas) nostra sit in Galaad? Et negligimus eam tollere de manu regis Syrie? Et ait ad Iosaphat: Venies mecum ad prelium in Ramoth Galaad? Qui respondit: Sicut ego, ita et tu; populus meus et populus tuus. Sed quero, obsecro, hodie sermonem Domini. Et congregavit rex prophetas circiter CCCC. Quibus rex ait: Ibo in Ramoth Galaad ad pugnandum, an quiescam? Qui dixerunt: Ascende, et dabit eam Dominus in manu regis. Ait Iosaphat: Est hic propheta Domini? Cui Achab: Remansit vir unus Micheas filius Hiemla, sed odi eum, quia non prophetat mihi bonum. Putabat vel ipsum occisum a Iezabel. Tunc petente Iosaphat vocatus est Micheas, et hortabatur eum nuntius ut bona regi diceret. Qui ait: Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Porro in pseudoprophetis erat Sedechias, qui fecit cornua ferrea, dicens ad Achab: Hec dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam, i. hoc signum do tibi quod ventilabis Syriam. Tunc coniurat Achab Micheam ut ipsum quod [illegible] ab aliis. Qui ait: Ascende, et tradet eos Dominus in manu regis. Ironice dixit quasi consentiens regi. Cui Achab: Adiuro te ut non loquaris nisi quod verum est in nomine Domini. Tunc Micheas: Vidi Israel dispersum sicut oves sine pastore. Et ait mihi Dominus: Non habent isti dominum. Revertantur. Et intelligens Achab quod prediceret se moriturum, dixit ad Iosaphat: Videsne quia non prophetat mihi bonum? Tunc addidit Micheas: Vidi Dominum sedentem et angelos assistentes a dextris et a sinistris; a dextris bonos, a sinistris malos. Et ait: Quis decipiet Achab, ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? [illegible] Et dixit unus a sinistris: Ego ero spiritus mendax in ore prophetarum eius. Cui Dominus: Decipies et prevalebis. Tunc Sedechias percussit Micheam in maxillam et ait: Me ne dimisit spiritus Domini et locutus est tibi? Cui Micheas: Videbis in die qua absconderis in cubiculo intra cubiculum, [illegible] in medio. Et vidit Sedechias regem hesitantem, et confortavit eum dicens: Hec dicit propheta: [illegible] manus mea sic manus Ieroboam. Quia et locutus est contra Heliam quod predixit occisum iri [illegible] Naboth. Tunc precepit rex incarcerari Micheam usque ad reditum suum.

[illegible]

Ascenderunt igitur duo reges cum exercitu in Ramoth Galaad, et Iosaphat erat in stola regali. Cum Achab deformatus erat in habitu militari, vel ne cognosceretur a Syris. Rex autem Syrie preceperat principibus

belli, ut velut si curarent. Rex autem Achab ignorans hoc
et praeda impetum fecit, pugnabant contra Iosaphat. Qui
exclamavit, convocans suos: intellexerunt Syri non esse Achab,
et cessaverunt ab eo. Vir autem quidam dirigens sagittam in incertum,
percussit Achab inter pulmonem et stomachum, et flue-
bat sanguis in sinum, id est in interiora currus, et propheta ponebat vesperi
et exercitus a bello. Mortuus est Achab et delatus in Sama-
riam, et sepultus est. Hic domum eburneam quam aedificaverat.
Et canes linxerunt sanguinem eius in piscina Samariae, et habenas laverunt.
Sunt tamen qui dicunt: canes lingerent sanguinem, iuxta verbum
Heliae, et regnavit pro eo Ochozias filius eius. Porro Iosa-
phat regrediens, occurrit ei Hieu filius Anani ar-
guens, quia impio praebuisset auxilium. De Iosaphat
Iosaphat regnavit in Ierusalem, xxxv annos erat cum
regnare coepisset, et xxv annis regnavit. Coepit autem reg-
nare anno iiii Achab regis Israel, et hic ordo eorum de
collatione consonat per librum regum temporum distinctionum.
Et ambulavit Iosaphat in viis Asa patris sui. Anno tertio
regni sui, proceres principibus et sacerdotibus ac pagi
tes per singulas civitates, docentes populum legem Moysi. Porro
Ammonitae, Moabitae et Arabes irruerunt in Iudam in
Engaddi, et orante Iosaphat in templo, conversum est tantum
ei propheta filius Zachariae dicens: O Iuda et Ierusalem, nolite
timere; erat ergo dominus et Deus cum nobiscum. Et congressi
percussit hostes et fugavit. Cumque diripuerent spolia hostium
in tribus diebus, dixit locum illum convallem benedictionis, et in templo Dei
coepit canere cum vocibus in Domino Deo, et reliquias effeminatorum ab-
stulit de terra, et excelsa non abstulit. Et adhuc non
erat rex in Edom, neque Iuda in toto. Misit quoque Iosaphat
classes in Ophir propter aurum, quae confractae sunt in Asiongaber, iuxta
constitutionem Oziae et Heliezer propheta filius Dodau fuit,
quia Iosaphat fecerat foedus cum Ochozia. Et mortuus est Iosaphat,
et sepultus in civitate David, et regnavit pro eo filius eius Ioram.
Sub Iosaphat noni Latinorum rex fuit Silvius Capetus.
Deinde Silvius Tiberinus, a quo fluvius dictus est Tiberis, qui prius Albu-
la dicebatur. Undecimus Silvius Agrippa. De Ochozia rege Israel
Porro Ochozias filius Achab
regnare coepit in Samaria anno xvii Iosaphat,
et duobus annis regnavit, et ambulavit in via patris et matris suae.
Et praevaricatus est Moab in Israel, id est recessit a dominio eius. Ce-
ciditque Ochozias per cancellos cenaculi, et aegrotavit,
et misit nuntios, qui consulerent Beelzebub deum Accaron
de infirmitate sua. Solebat dici: Misit ad deum Accaron
nuntios, et misit Dominus Heliam in occursum nuntiorum. Qui ait eis:
Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad deum Accaron? Quam-
obrem non consurget Ochozias, sed morietur. Cumque redissent
nuntii ad regem et dicerent se rediisse propter comminationem
viri, et ait eis: Quae habitu viri, qui apparuerat
eis? Qui dixerunt: Vir pilosus et zona pellicea accinc-
tus. Qui ait: Helias est. Et misit rex quinquagenarium
cum suis quinquaginta armatos, ut vocarent Heliam,
et invenerunt eum in vertice montis, et ait quinquagenarius Heliae sedenti in ver-
tice montis: Homo Dei, rex praecepit ut descendas. Qui ait: Si homo
Dei sum, descendat ignis de caelo et devoret te et quinqua-
ginta tuos. Misitque rex alium quinquagenarium cum suis. Qui si-
milia locutus est et similia passus. Rursum tertium quinqua-
genarium, qui cum se humiliasset ad genua coram Helia
dixit: Obsecro ut misereris animae meae et suorum. Locutus est angelus
ad Heliam: Descende cum eo, ne timeas. Qui descendit ad re-
gem, et ait: Quia misisti ad Beelzebub, quasi non esset Deus in Israel, mo-
rieris. Et mortuus est Ochozias, et regnavit frater eius Ioram pro eo,
anno secundo Ioram filii Iosaphat. Et ex quo reges in
Israel ceperunt. De raptu Heliae
Factum est cum levare vellet Dominus Heliam per turbinem in caelum,
venerunt Helias et Heliseus in Galgala. Et ait Helias ad He-
liseum: Mane hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Qui ait: Vivit
Dominus et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Sciebat enim in spiritu
eum tollendum esse. Occurrerunt ei filii prophetarum qui erant in Bethel,
et dixerunt ad Heliseum: Scito, nosti quia hodie tollet Dominus dominum tuum
a te? Qui ait: Novi, silete. Et ait Helias: Mane hic. Qui noluit.
Cumque venissent Iericho, idipsum dixerunt Heliseo filii pro-
phetarum qui erant in Iericho. Et voluit Helias ut maneret ibi,
sed noluit. Cumque venissent ambo ad Iordanem et l de filiis
prophetarum a longe spectarent, involvit Helias pallium
suum, et percussit aquas, quae divisae sunt, et transierunt per siccum. Cumque tran-
sissent, dixit Helias ad eum: Postula quod vis ut faciam tibi antequam
tollar a te. Qui ait: Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Qui
ait: Rem difficilem postulasti; tamen si videris me quando tollar a te,
erit; alioquin non erit. Spiritum duplicem habuit Helias, id est
ad duo, ad prophetandum et ad miracula. Ad eadem duo fuit in
Heliseo; et non petiit duplex esse quam magistri. Vel aliter
distinguitur: Fiat spiritus tuus duplex in me, id est duplicetur in
me, quod tamen impletum fuisse dicitur, quia Helias vivens
mortuum suscitavit, Heliseus et mortuus suscitavit mortuum,
quod non Helias. Cumque pergerent, ecce currus igneus et equi ignei
diviserunt utrumque. Et ascendit Helias et ferebatur in caelum per
turbinem. Loquitur quasi Cabbalista primus Heliae, scilicet Adam tunc, videns in tempore
viri iniquos candidarum se salutantes. Et communicasset
in Ierusalem. Sed et Bethel pueri qui irridebant Heliseum in gladio,
et igni. Heliseus autem videbat et clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel
et auriga eius, id est sustentator populi et rector. Et decidit ei
Helias pallium suum. Tunc ille scidit vestimenta sua, et pro
dolore et abiciens vestem suam, et deinceps induit vestem Heliae,
et rediit ad Iordanem, percussitque aquas pallio Heliae, et non sunt divisae.
Et ait: Ubi est Deus Heliae etiam nunc? Percussitque iterum, et divisae sunt,
et transivit. Quod videntes filii prophetarum dixerunt: Requievit spiritus
Heliae super Heliseum. Et occurrentes adoraverunt eum, et eo licet reni-
tente, miserunt l viros ad quaerendum Heliam, si forte proiecisset
eum Dominus in aliquem montem vel vallem. Cumque quaesissent per tres dies, eo
non invento redierunt. De sale Helisei
Dixerunt autem viri Iericho ad Heliseum: Terra haec optima
est, sed aquae sunt pessimae et terra sterilis. Qui ait:

ut legitur in Paralipo.

In capitulo ... libri.

descendere

et ait Heliseus

famuli

afferunt novum vas et sal. Vas egressus ad fontem misit sal in illud, et cum oraret, ait: Hec dicit Dominus: Sanavi aquas has, et non erit in eis mors ultra neque sterilitas. Forte morbosa erat bibentibus et sterilitate terram faciebat. Et sanate sunt aque usque in diem hanc. Cumque ascenderet in Bethel, illudebant ei pueri dicentes: Ascende calve. Et maledixit eis in nomine Domini, vel invocato nomine Domini. Egressique sunt duo ursi de saltu et devoraverunt eos. Cumque transisset per montem Carmeli, rediit in Samariam et habitabat in ea. De tribus regibus qui obsederunt regem

Porro Joram filius Achab regnavit in Samaria anno xviii Josaphat, et xii annis regnavit. Tulitque idola genitoris sui que pater suus induxerat. Verumtamen a cultu vitulorum Jeroboam non recessit. Quia autem redargueret Micheas, occisus est ab eo, precipitatus, ait dicit Epiphanius, et sepultus est in Moab solus, iuxta sepulturam [illegible]. Alii dicunt hunc Micheam filium Marasthi, unum ex xii prophetis. Porro rex Moab solvebat regi Israel tributum agnorum c et totidem arietum cum velleribus suis. Sed mortuo Achab recessit a tributo. Quapropter Joram rex Israel ascendit contra eum in prelium, et habuit secum Josaphat regem Juda. Sed et Josaphat duxit secum regem Edom. Cumque iissent per desertum Idumee vii diebus, non erat eis aqua, et ait Josaphat: Estne hic propheta Domini? Dixit unus de servis: Est hic Heliseus, qui fundebat aquam super manus Helie. Et ierunt tres reges ad Heliseum. Qui dixit ad regem Israel: Quid mihi et tibi? Vade ad prophetas patris tui idolatre. Vivit Dominus, nisi Josaphat respicerem. Adducite mihi psalten. Cumque caneret psaltes, per harmoniam excitatus est spiritus eius, et factus est super eum spiritus Domini, et ait: Facite in alveo torrentis huius fossas et fossas, ut habundantiam supervenientis aque retinere possint. Hec dicit Dominus: Non videbitis ventum neque pluviam, et alveus iste replebitur aquis. Tradet Dominus Moab in manus vestras, et urbes electas percutietis, et ligna fructifera succidetis, et fontes obstruetis, et agros egregios operietis lapidibus. Factum est mane in hora sacrificii, et ecce aque veniebant per alveum torrentis. Pluerat enim vehementer tribus diebus in superioribus partibus Idumee. Porro Moabite stabant in terminis terre sue, ut prohiberent hostes ab ingressu. Et cum mane surrexissent, rubras aquas viderunt, sole se repercussas, suspicati sunt infectas sanguine, et dixerunt: Sanguis gladii est; mutuo cesi sunt hostes. Irruerunt super castra Israel, et percussit eos Israel, et fugerunt, et depopulatus est Israel terram Moab et urbes illas, ita quod per dictum Helisei terre cuidam coarctati et ceteres reges. [illegible] Kirhareseth [illegible] ex magna parte percussa est. Videns autem rex Moab, tulit secum dcc electos, ut irrumperet per castra contra regem Edom, et non potuit. Sed hostes rex percussit eum in urbe, et necessitate compulsus filium qui regnaturus erat post eum coram hostibus super murum obtulit holocaustum, ut deos suos placaret. Reges autem videntes hanc necessitatem, compassione recesserunt ab eo, et rediit Josaphat in Jerusalem. Occurrit ei Jehu propheta filius Anani, et culpabat eum quod idolatre solatia prebuisset. De superhabundantia olei.

[illegible] quedam mulier de uxoribus prophetarum, uxor scilicet Abdie, clamabat ad Heliseum dicens: Vir meus mortuus est, et ipse erat ex aliena [illegible] propter alimonia prophetarum. Et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Et dixit ei Heliseus: Quid habes in domo tua? At illa: Non habeo nisi parum olei quo ungar. Cui ait: Pete mutuo vasa vacua non pauca, et clauso hostio cum filiis tuis mitte inde in omnia vasa. Unde infundebat mulier, crescebat oleum, et repletis vasis omnibus stetit oleum. Que cum accepisset Heliseus, ait ad eam: Vade et redde creditori tuo. Tu autem et filii tui vivite de reliquo. De suscitatione filii Sunamitis.

Facta est dies ut transiret Heliseus per Sunam, et erat ibi mulier magna, id est dives copiis. Que cum intelligeret virum Dei esse, tenuit eum ut comederet panem. Cumque frequenter diverteret ad eam Heliseus, suasit mulier viro suo ut faceret ei cenaculum parvum. Et rediens Heliseus requievit ibi, et ait ad Giezi: Voca Sunamitem hanc, et loquere ad eam: Quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, et vis ut loquar pro te regi vel principi militie? Que respondit: In medio populi mei habito, id est de villa sum, nec persequitur [illegible] me. Cumque quereret Heliseus quid vellet, dixit Giezi ad eum: Filium non habet, et vir eius senex est. Et ait ad eam Heliseus: In tempore isto et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. Habuit sic hebraice: tempore isto. Eiusdem temporis subaudi, anno sequenti habebis et cetera. Que respondit: Noli, vir Dei, mentiri ancille tue. Et concepit mulier et peperit in tempore quod dixerat Heliseus. Crevit puer, et egressus est ad patrem suum ad messores, et [illegible], clamavit: Caput meum doleo. Venitque cum puero ad matrem suam, et mortuus est, et collocavit eum mater super lectum viri Dei, et clausit hostium. Et vocat virum suum, et ait: Mitte mecum unum de pueris et asinam, ut excurram ad virum Dei et revertar. Qui ait: Hodie non sunt kalende neque sabbatum. Kalendis enim et sabbatis prophete et doctores solebant frequentari et audiri. Et tollens mulier unum de pueris secum, sedens in asino venit ad virum Dei in monte Carmeli. Qui cum vidisset eam, ait ad Giezi: Ecce Sunamitis illa; occurre et dic ei: Rectene agitur circa te et virum tuum et filium? Que ait: Recte. Et vocata est Sunamitis, quia hospita Helisei vocabatur Sunamitis, [illegible] causa familiaritatis hoc est ei. Cumque venisset, mulier apprehendit pedes Helisei, et accessit Giezi volens eam amovere. Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, et Dominus celavit a me. Et ait mulier: Numquid petivi filium a te, domine mi? Numquid non dixi tibi: Ne illudas me? Illusionem vocat dari filium et non adesse. Et ait ille ad Giezi: Tolle baculum meum et vade, et ne facias moram, vel aliquem salutando vel respondendo. Et pones baculum meum super faciem pueri. Cumque abisset, ait mulier ad Heliseum: Vivit Dominus, non dimittam te. Et secutus est eam, et venit Giezi in occursum eius, dicens: Non surrexit puer. Ingressus Heliseus vidit puerum, et oratione facta incubuit super puerum, et os eius super os eius, et calefacta est caro pueri, et oscitavit puer septies et aperuit oculos. Quem cum reddidisset matri viventem, rediit in Galgala. Hunc locum sepe frequentabat Heliseus, tum pro religione loci

Margin (right): puerum ponere lectulum et mensam et sellam et candelabrum

tum: et ibi natus est, et in eum locum [illegible] est vallis gigantum [illegible] ut vna [illegible] Quod audiens in [illegible] sacerdos divino [illegible] prophetia natus est in Israel qui sculptilia deorum destrueret et fusilia. *De [illegible]*

Porro fames erat in terra, et filii prophetarum convenerant ad Helyseum. Et dixit uni de pueris: Coque pulmentum filiis prophetarum. Qui egressus ut colligeret herbas agrestes, invenit quasi vitem silvestrem, et collegit ex ea colloquintidas agri. [illegible] Est autem agrestis cucurbita amarissime [illegible] Herba est que [illegible] se diffundit in terram, fructu modico, et rotundo cum maturuit. Cumque gustassent viri de coctione hac, clamaverunt: Mors in olla, vir Dei, id est amaritudo que interficit [illegible]. Et allatam farinam misit in ollam, et dulcorata est. Vir autem quidam [illegible] detulit panes viro Dei primitiarum, viginti panes ordeaceos, et frumentum novum in pera [illegible]. Non est intelligendum de panibus primitiarum qui offerebantur in pentecoste, neque de polenta que offerebatur in pascha. Sed quia fames erat in terra, festinaverunt de novo adhuc recenti facere illos panes. Quos fecit Helyseus apponi populo. [illegible] ut apponam centum viris [illegible] ita intelligendum est [illegible] ut apponam centum viris [illegible] duos panes cum primitiis apposuit centum viris, dicens: Hec dicit Dominus: Comedent et superabit. Et factum est ita, iuxta verbum Domini. *De Naaman.*

Naaman autem erat princeps militie regis Syrie, vir dives et [illegible] leprosus. Et latrunculi de Syria captivam duxerant puellam de Israel, que erat in obsequio uxoris Naaman. Que ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam Samarie, qui curaret eum. Tulitque Naaman [illegible] et argentum multum, et mutatoria vestium, id est varias vel novas vestes, que sic vocantur pro mutatione vestium. Tulitque secum litteras regis Syrie ad regem Israel [illegible]. Scito quod misi ad te Naaman, ut cures eum a lepra. Et audiens rex Israel blasphemiam, [illegible] Numquid ego sum Deus, ut curem hominem a lepra? Occasiones querit adversum me. Et misit ad eum Helyseus dicens: Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, et sciat prophetam esse in Israel. Venit ergo Naaman cum equis et curribus et stetit ad ostium Helysei. Et misit ad eum dicens: Lavare septies in Iordane et mundaberis. Cumque abiret Naaman indignans, quia non tetigit eum, neque invocavit nomen Domini, dixerunt ei servi sui: Si rem grandem dixisset tibi propheta, facere debueras. Quanto magis quia modo dixit [illegible] Descendit ergo et lavit in Iordane septies et mundatus est. Et rediens stetit coram Helyseo et ait: Scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi in Israel. Et obtulit ei benedictionem. Cumque renueret eam, ait Helyseus: Vivit Dominus quia non accipiam. Et ait Naaman: Obsecro ut tollam onus duorum burdonum de hac terra. Burdo

ex equo et asina [illegible] ut [illegible] in templis ydolorum, ut sciant se [illegible] adorare deum terre Israel, ne offenderet dominum suum, si pateret se adorare. Sed [illegible] quia ex ea fecit altare Domino ad immolandum. Unde et subditur: Non faciet servus tuus ultra holocaustum [illegible] diis alienis [illegible] Cum ingressus fuerit rex [illegible] in templum Remmon ut adoret, et illo innitente super manum meam, et adoravero in templo Remmon, oportet me similiter adorare. Orandum [illegible] ut non imputet mihi. Et abiit Naaman electo terre tempore, id est in elegiori tempore anni ad [illegible] Hebrei [illegible] Abiit ab eo [illegible] tempore [illegible] Subsecutus est autem Giezi post Naaman ut aliquid acciperet ab eo, et ait: Dominus meus misit me dicens: Venerunt ad me duo adolescentes ex filiis prophetarum [illegible] da eis talentum argenti et vestes duplices. At ille dedit ei duo talenta et vestes [illegible] et tradidit eis pueris qui detulerunt ea, et abscondit in domo. Ipse autem ingressus stetit coram Helyseo. Et ait [illegible] Unde venis Giezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille: Nonne cor meum in presenti erat quando reversus est homo de curru suo in occursum tuum? Accepisti argentum ut emas possessiones [illegible] Sed lepra Naaman adherebit tibi et semini tuo in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix. Hebrei dicunt Giezi [illegible] leprosum [illegible] Certum est autem de Giezi [illegible] usque [illegible]. *De securi et adventu Syrorum.*

Cecidit autem cum esset Helyseus cum filiis prophetarum incidentibus ligna ad Iordanem, cecidit ferrum securis unius in aquam. Cumque clamaret ille, misit Helyseus lignum in aquam et natavit ferrum [illegible] Porro rex Syrie pugnabat contra Israel et sepe ponebat suos in insidiis. Et cavebat rex Israel, Helyseo manifestante absconditas insidias. Et conturbatus rex Syrie ait servis suis: [illegible] Helyseus indicat regi Israel quecumque locutus fueris in conclavi. [illegible] Cumque audisset eum esse in Dothaim, misit illuc robur exercitus. Qui venientes nocte circumdederunt civitatem. Puer Helysei videns exercitum [illegible] clamavit: Heu domine quid faciemus? Qui ait: Noli timere; plures sunt nobiscum. Et orante Helyseo, aperuit Dominus oculos pueri et vidit montem plenum curribus igneis, id est agminibus angelorum. Cumque hostes venirent ad eum, orante Helyseo, percussit eos Dominus cecitate, [illegible] ne eum agnoscerent. Et dixit ad eos Helyseus: Non est hec via, nec ista civitas [illegible] Sequimini me et ostendam vobis virum quem queritis. Duxit eos in Samariam, et orante Helyseo, aperuit Dominus oculos eorum, et viderunt se esse in medio Samarie. [illegible] dixit rex Israel ad Helyseum: Percutiam eos pater mi? Qui ait: Non percuties [illegible] Quo facto redierunt Syri ad propria [illegible] Helysei; [illegible] latrunculi Syrie in Israel.

Factum est post hec: Benadab rex Syrie

obsedit Samariam, et facta est fames in Samaria [illegible]

ch — vel imago — ch — ch — duos — scidit vestimenta sua et ait — v. invocando nomen — ch — mane — de secunda obsidione

uendebatur cabus stercoris columbarum. v. argenteis. Hoc ut ait Iosephus, comedebant pro sale. Tradunt quidam nomine stercoris dici uesiculas columbe, in quibus reponebantur grana de foris allata. Cumque transiret rex iste per murum, ut consideraret custodias murorum, clamauit mulier ad eum. Salua me domine rex. Qui conquestus quod queret aliquid ab eo, respondit. Non te saluet dominus. Unde possim te saluare? de area an de torculari? Et ait. Hec mulier dixit mihi. Da filium tuum ut comedamus. Et tradidimus de filiis nostris et comedimus filium meum. Hec abscondit filium suum. Et contristatus rex uehementer, scidit uestimenta sua, et apparuit cilicium quo uestitus erat ad carnem, et ait. Quid amplius mali possum expectare a domino? Hec faciat mihi deus et hec addat, si steterit caput helysei super ipsum hodie. Hoc ut malum imputabat helyseo, quia orationibus eius liberari posset. Cum multis spectatores penitentia ductus sequebatur ouiantem [illegible] helyseus autem sedebat in domo sua, et senes cum eo. Quibus ille dixit, dixit discipulis. Et ait helyseus. Nescitis quia filius homicide, qui scilicet occidit naboth, misit ut precidatur caput meum? prohibete intrare nuntium donec ueniat rex. Qui prohibebit ei quod iusserat. Cumque peruenisset rex, ait helyseus. Cras hac hora erit in porta samarie modius simile pro statere uno, et duo modii ordei similiter. Respondit ei unus de eis super cuius manum rex incumbebat, dicens hoc esse impossibile. Cui helyseus. Uidebis et non comedes. Porro .iiii. leprosi erant ad introitum porte fame deficientes. Qui uespere uenerunt ad castra Syrie, et neminem ibi reperiunt. Terruerat enim dominus Syros sonitu exercitus magni, ut putarent reges Etheos et Egyptios aduersus eos conductos, et fugerunt relictis castris, tantum salutem cupientes. Et intrantes leprosi comederunt. Et tollentes de preda intulerunt in castra sua. Et uenerunt ad portam et nuntiauerunt urbi Syros abiisse. Suspicatus autem rex Syros simulasse se fugam et latere, misit duos equites qui explorauerunt omnia usque ad iordanem. Et cum reuersi nuntiassent Syros fugisse, egressus populus diripuit castra, et uendebatur simila et ordeum iuxta uerbum helysei. Dux autem cui incumbebat rex a rege constitutus ad portam, oppressus est a turba et mortuus est.

Post hec helyseus locutus est ad mulierem cuius filium suscitauerat. Uade cum domo tua, peregrinare ubicumque poteris. Uocabit enim dominus famem super terram .vii. annis. Hanc aliquando prosecutus fuerat liber locutus de hac fame ambiguum est, utrum precesserit predictam obsidionem, an secuta sit. Igitur mulier terra philistiim .vii. annis, redditam domum suam, et domus eius occupata fuerat. Cum ergo finita esset fames, regressa est, et iuit ut interpellaret regem pro domo sua et agris. Et tunc loquebatur rex cum giezi, querens ab eo magnalia helysei. Qui uidens mulierem, ait. Domine, hec est mulier, et hic est filius eius, quem suscitauit helyseus. Quem cum narrasset regi seriem rei, restituit ei rex omnia que sua erant a die qua reliquit terram.

Porro benadab rex Syrie, audiens quod Deus amouerat eum ab obsidione, et hostes conturbauerat, helyseo qui ueniebat damascum, et misit rex in occursum eius azael cum muneribus, ut consuleret eum de infirmitate sua. Cui quesitum. Ait helyseus. Dic ei sanaberis. Sed quia sanabitur, et morietur rex. Sicut dixit ei sanabis. Sed postea interemptus est a azael dixit. Ostendit mihi dominus quod morietur. Et erit azael rex Syrie. Tunc impletum est quod dixerat dominus helie. Alioquin ut si ungeret helyas azael, uel ex persona helysei produxit eum futurum regem. Et fleuit helyseus, uidens in spiritu mala, que facturus erat azael filiis israel. Quod et indicauit ei. Et reuersus azael ad regem dixit. Sanaberis. Altera die tulit stragulum, et infusum aqua expandit super faciem eius. Stragulum pretiosum, quo lecto uel sedili sternitur. Et dicunt quod azael aquam profusam aque apposuit super eum, ad refrigerandum. Hebrei hec expandit super faciem suam stragulum, ut si azael, sicut ipse benadab, hoc fecisse intelligatur. Sed sic mortuus est, et regnauit azael pro eo. Quidam tamen hoc exponunt de obsequio mortui, dicentes, quod azael mortuum lauit aqua, et expandit stragulum super faciem mortui, sicut plane dicit. Et azael alia die infuso laqueo strangulauit illum. Ad hec sensum quidam producunt litteram uestram dicentes, quod azael ueste madefactam posuit super faciem eius, simulans se faciem refrigerare. Sed inter effudit aquam super os eius, donec suffocaret eum.

Porro anno .v. ioram filii achab de ioram rege iuda.

regis israel, quo regnauerat iosaphat rex iuda, regnauit ioram filius iosaphat in ierusalem .viii. annis. Qui ad similitudinem uxoris malum coram domino. Fecit deos alienos. Et dominus non disperdidit iudam propter dauid seruum suum. Tunc recessit edom, ne esset sub iuda. Et regem sibi constituunt. Occiduntur idumei, nouum erant, qui in terram cum exercitu reddere. Cumque ioram .vi. fratres suos occidisset, et compelleret ierosolimitas fornicari, uenit ad eum helyas quidam propheta epistolam correctoriam cum comminatione pene, que impleta est. Qua quidam comminatio in hunc modum: Arabes uenientes in iudam uastauerunt prouinciam, et domos regias, et uxores regis, et pueros, preter ioachaz filium minimum, occiderunt. Post hec occisa est ipse tandem cronica infirmitate, egritudine, intestinorum corruptione uiscera effundens. Ita cotidie eius se penitere uidens, et mortuus est, et sepultus in ciuitate dauid, non tamen ut ait iosephus, in sepulcro patrum suorum. Sed petraui timulum super regalibus, precipit condiderunt ei. Et regnauit ochozias, uel azarias, uel ioachaz filius eius pro eo. Humeregem ueluti usque ad ozam. Peruenit matheus. Regnauit autem anno .xii. ioram filii achab, .xxii. annorum erat cum regnare cepisset, et uno anno regnauit in ierusalem, et ambulauit in uiis achab auunculi sui. Abiitque cum ioram filio achab auunculo suo, ad preliandum contra azael regem Syrie in ramoth galaad, et uulneratus est ioram, et relicto exercitu in obsidione, sub iehu principe descendit in iezrael, ut curaretur, et descendit cum eo azarias. de iehu rege israel.

Helyseus autem misit unum de filiis prophetarum cum lenticula olei, ad exercitum in ramoth galaad, ut iehu eius

cam in penetrali unget eum in regem super Israel. Qui cum venisset, hyeu sede-
ch. -bat cum principibus. Ait: Verbum mihi ad te, o princeps. Et ait hyeu: Ad quem?
Qui ait: Ad te, o princeps. Forte non cognoverat hyeu, vel quem peregrinum
in mente sua posuerat ipsum esse hyeu, qui prius respondit. Cumque
ingressi essent in cubiculum, fudit oleum super caput eius, et ait: Hec dicit
Dominus: Unxi te regem super Israel, et percuties omnem domum Achab,
in ultionem sanguinis servorum meorum de manu Iezabel. Quo facto,
concitus aufugit propheta. Cumque regressus esset hyeu ad servos
ch. domini sui, dixerunt: Quid venit insanus iste ad te? Quia insanos il-
-li reputabant filios prophetarum, vel quia fugerat concitus qui intra-
-verat. Et ait hyeu: Bene cognoscitis, que verba locutus est. Dixerunt:
Sed dic nobis. Unxi te regem super Israel. Festinaverunt itaque tollere
vestes suas, et subiecere ei in similitudinem tribunalis, et ce-
-cinerunt tuba dicentes: Regnavit hyeu. Coniuravit ergo hyeu
contra Ioram, et ait: Nullus hinc exeat in Iezrahel. Et ascendit currum
suum. Cumque ascenderent, speculator in Iezrahel ait: Video glo-
-bum venientem. Et suspicatus Ioram vel captam esse urbem, vel pacem
esse, misit nuntium in occursum eorum. Qui ait: Hec dicit rex: Pacata
ch. sunt omnia? Et ait hyeu: Quid tibi et paci? Transi et sequere me.
Et sic secundus. Et ipsi regi ait: Hec dicit: Quid queris de pace? Quamdiu
... pacem, ... adhesit tunc eis. Ortus ... Ioram ... currus,
Qui cum ... venit ad eum, et ascendens Ioram rex Israel, et rex
Iuda cum eo, egressi sunt in occursum hyeu usque in agrum Naboth
Iezrahelite. Et ait Ioram: Est pax, hyeu? Qui ait: Que pax? Adhuc
ch. vigent fornicationes matris tue? Hec dicit: Que pax potest esse inter
nos, cum vigere ostendantur pro ydolatria matris tue? Et fugiens
Ioram ait ad nepotem suum: Insidie sunt, Ochozia. Tunc hyeu
percussit Ioram inter scapulas, et egressa est sagitta per cor eius,
et corruit mortuus. Et ait hyeu ad ducem: Tolle, proice eum in
... agro Naboth. Memento cum ego et tu seq-
-eremur Achab patrem eius, quod Dominus minatus est ei dicens per Heliam: Quod
reddet ei in agro Naboth pro sanguine Naboth, et pro sangui-
-ne filiorum eius. Nulla super de filiis Naboth nulla facta est men-
-tio, sed quod ibi tacitum est, hic suppletur. Forte canes lambunt
sanguinem Iore, iuxta verbum Helie: Lambent canes sanguinem
ch. Achab, et lambunt sanguinem filii eius. Ochoziam vero fugien-
-tem insecutus est hyeu, et vulneraverunt eum in ascensu Ga-
-ver, qui ... fugit in Mageddo, et mortuus est ibi, et tu-
-lerunt eum in Ierusalem, et sepultus est in civitate David. Hic ... in-
-travit hyeu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu eius depinxit
oculos suos stibio, et ornavit caput suum, ut pulchre venien-
-tibus appareret, et per fenestram ait ad hyeu: Numquid pax potest
esse Zamri, qui interfecit dominum suum? Hec dicit: Tu occidisti do-
-minum tuum sicut Zamri, et eadem pena punieris. Et be-
-dixit hyeu duobus eunuchis qui custodiebant eam: Precipita-
-te eam. Et precipitaverunt, et conculcaverunt eam ungule equorum.
Cumque sederet hyeu ad mensam, ait servis suis: Ite et sepelite
maledictam illam, quia filia regis est. Cumque venissent ad eam, non
invenerunt nisi calvariam, vel summitatem cerebri, et pedes
et summitates manuum. Quo audito, ait hyeu: Sermo Domini
est quem locutus est per Heliam. Erant Achab lxx filii in Sama-

Stibium genus unguenti ... quo ... colorat albe quo mulieres ornat faciem suam ... quod depilat

-ria, et scripsit hyeu ad iudices et ad optimates
civitatis dicens: Eligite qui melior est de filiis Achab, et con-
-stituite regem super vos, et pugnate pro domo domini vestri. Qui
perterriti rescripserunt ei: Servi tui sumus; fac quod tibi placet. Et scrip-
-sit eis secundo: Si mei estis, tollite capita filiorum domini vestri,
et venite ad me cras in Iezrahel. Et ita fecerunt, et attulerunt
capita in cophinis ad hyeu. Qui tradidit ea in duos acervos
iuxta introitum porte ponenda, ad duos ac-
-cervos usque mane. Cumque mane vidisset capita, dixit ad
populum universum: Hec dicit: Justi estis. Si ego coniuravi contra dominum meum et occidi eum,
iustum est, quia si Ioram et Iezabel vivos occidissem, vel populus
Samaritanus, quorum occisorem gavisus est. Hec dicit: Iuste feci,
implendo verbum Domini. Et ut verba sua sequentibus adiceret,
ait: Si ego interfeci dominum meum, quis percussit istos? Videte
ergo quod locutus est in manu Helie. Et percussit hyeu omnes
reliquos de domo Achab in Iezrahel, et optimates eius, et no-
-tos et sacerdotes. Et venit in Samariam. In via vero obviavit
ch. xl duobus fratribus Ochozie regis Iuda, qui descendebant ad sa-
-lutandos Ioram et Achazam, nescientes eos occisos, et occidit
eos hyeu. Exegressus est inde, et occurrit hyeu Ionadab filius Rechab,
et benedixit ei pro zelatione Domini quam fecit. Quem imposuit currui
suo, dixitque hyeu: In Samariam, et percussit omnes qui reliqui fuerant
de Achab usque ad unum. Congregavit ergo hyeu populum Sa-
-marie, et ait in dolo: Ampliare volo cultum Baal. Voca-
-te omnes prophetas eius et sacerdotes, quilibet desit non vivet. Sa-
-crificium ... grande Baal, et venerunt omnes servi Baal, et non unus de-
-fuit, et repleta est domus Baal. Et ait hyeu his qui erant super
vestes: Date vestes omnibus servis Baal, et dederunt. Cumque ingressi es-
-sent, dixit hyeu: Diligenter videte quod deest vel alius interest de servis in-
-ter illos suis. Ingredimini et percutite ut ... ut ... evadat, et percu-
-tite eos. Statuamque Baal comminuerunt et destruxerunt templum eius,
et fecerunt pro eo latrinas, vel sterquilinios. Similiter ad
... delevit hyeu Baal de Israel.   ch.
Vitulos autem aureos ... non recessit, et ait ei Dominus: Quia fecisti quod in   Ierobo[am]
corde meo erat contra domum Achab, filii tui usque ad quar-
-tam generationem sedebunt super thronum Israel. Et mortuus est hyeu,
et sepultus est in Samaria, cum regnasset xxviii annis, et reg-
-navit pro eo filius eius Ioachaz vel Ioachas. De Athalia   ...

Porro Athalia videns mortuum filium suum, et volens reg-
-nare, interfecit omne semen regium in Ierusalem. Tulit autem Iosaba
soror Ochozie ex patre, et uxor Ioiade summi sacerdotis, que fu-
-rata est Ioas filium Ochozie latitantem, ut interficeretur, et abscondit
eum sex annis in domo Domini, in dormientis ebdomada.
Anno autem septimo, Ioiada convocavit collegit centuriones et pri-
-pes levitarum et milites, et ostendit eis Ioas filium regis,
et coniuravit contra Athaliam, et quoniam in sabbato con-
-venerunt regem, et statuit in hec modos, xxiiii erant summi
sacerdotes, quorum unusquisque in ebdomada vicis sue habebat
secum in ministerium xxiiii minores sacerdotes, et totidem
cantores, et totidem ianitores. Volens ergo sabbato pontifex
qui ministrabat cum turma sua egrediebatur ad ... pontifex

ministerium erat ingrediebantur cum turma sua. Tunc Ioia-
da pro amplitudine exercitus vertentur excubitores. et recepit igitur
turmas facientes quinque acies. Divisitque est tertia earum
de centurionibus et levitis est quo exiliabit. et tertius domum [illegible]
et domum armorum, quam fundavit fecit David, dedit singulis arma.
et praecepit excubitoribus ut circumdarent regem in atrio interiori et custodi-
rent. singulis vero sabbatis discedentes ad domum regiam. in-
terim regine excubitores et ea unctione regis impediret.
Quidam bene tertia divisio vero erat primo praecipientur una obsera-
ret portas regis vel porticus domus regie. alia obseraret por-
tam Sepher per quam ascendebatur de civitate in domum regiam.
Tertia parte observabat erat domum messe qua dicitur porta scuta-
riorum, id est custodum regis, per quam de domo regia ascendebatur in tem-
plum. Tertia vero pars quam collegerat de centurionibus et levitis posuit
ad custodiam atrii templi extra pre. Et ipse cum veluti sacerdotibus
et levitis senioribus produxit filium regis et unxit eum in regem
et posuit super eum diadema et testimonium, id est legem Dei dedit ei
tenendam in manibus ut cum ipso haberet regnum disciplinam
legis Dei servanda. Athalia vero ad [illegible] vel
tumultus sua clamantium conturbata [illegible] et [illegible]
centuriones extra septa templi per portam equorum et interfecta est. Ad-
duxeruntque regem per portam scutariorum in palatium et sedit
super thronum regni. Et letatus est populus terre et quievit dominus
oblivione mulier regnaret super eos. Et destruxit templum
Baal. aras et imagines quas fecerat Ioram et Athalia. Ma-
than quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Septem
vero annorum Ioas cum regnare coepisset. Anno vii Iehu regis
Israel. xl annis regnavit in Ierusalem et fecit rectum coram
Domino cunctis diebus Ioiade sacerdotis. De Gazophilacio

Erat autem in domo Domini ruina non solum pro vetustate sed negli-
gentia, quam fecerat Athalia et de sacrificantes parabat domui
Baal. Praecepit ergo Ioas sacerdotibus ut instaurarent sarta tec-
ta domus recipientes oblationes pretium et quod offerebant
pro pretio anime, id est quod dabant ad placandum. Oblatio autem pro
delicto et peccato sacerdotum erat. Et cum recepissent sacerdotes
usque ad xxiii annum regis Ioas non instauraverunt
sarta tecta templi, et tunc prohibuit sacerdotes ultra ac-
cipere pecuniam. Iosephus tamen dicit ut per omnem regionem cum
sacerdotes [illegible] dimidium sicli. Quod videns Ioiada quia populo non
placebat cessavit, et ob hoc non fuerunt instaurate ruine.
Tunc Ioiada fecit gazophilacium [illegible] de-
foramine. et posuit illud ad dexteram ingredientium domum,
non longe ab altari. Cumque appareret plurima pecunia in
gazophilacio, scriba regis et pontifex effundebant eam,
et dabant his qui preerant cementariis domus Domini, et non fie-
bat eis ratio (i. computatio) sed in fide tractabant. Hec fiebat super pe-
cunia alia vas aliquod in domo Domini sed de eo quod remanebat re-
siduum cementariis ut legitur in Paralipomenon. Et mortuus est Io-
iada sacerdos quem colat legitur post Moysen cxxx annis
vixisse et sepultus est in civitate David eo quod gessit ipse
[illegible] Post mortuum Ioas a legitimis Dei declinavit.

exemplo et opprimaret iniquitatem. Cum argueret Zacha-
rias filius Ioiade fecit eum obrui lapidibus inter templum et altare.
Quidam filii Zacharie et eo lapidati fere. } re. Sic et ut dicit
post unum pontificem qui post eum dictus } Epiphanius accepit
Zacharias } post [illegible] in templo re-
positum in templo manifeste [illegible] non ex David vel ex
ephoth. Rex autem non multo post penas exsolvit. Azael rex
Syrie expugnata Geth ascendit in Ierusalem. Ioas vero mitten-
s ei thesauros domus Domini et domus regie. Et de absconditis
tumulorum recessit ab eo. Cumque incidisset Ioas languorem
pessimum eo quod divinos honores est volebat impendi in-
terfecerunt Helbedino servi eius percusserunt eum et mortuus est et sepultus
in civitate David non tamen in monumentis regalibus. et regnavit
pro eo filius eius Amasias.

Sub Ioas xiii rex Latinorum filius Aventinus qui presidium
Albanorum inter montes ubi nunc Roma est posuit. Huius filius fu-
it Iulius pater Iulii Proculi qui cum Romulo Romam commigrans
fundavit Iuliam gentem. De Obitu helisei

Anno xxiii Ioas regis Iude regnavit Ioachas filius Iehu
super Israel xvii annis. et ambulavit in viis Ieroboam. Iratus
Dominus est Israel. Dedit eos in manu Azael et in manu Benadab fi- regis Syrie
lii Azaelis. et non sunt derelicti Ioachas de populo nisi l equites, x currus,
x pedites. et clamavit Ioachaz ad Dominum et misertus Dominus
dedit pacem in diebus eius. et mortuus est et sepultus in Samaria.
et Ioas filius eius pro eo. Anno xxxvii Ioas regis Iuda xvi regnavit
annis regnavit super Israel. et ambulavit in viis Ieroboam. non
tamen adeo ut pater eius. Heliseus autem egrotabat et descendit ad eum Ioas
rex Israel et flens dicebat. Pater mi currus Israel et auriga eius. et ait
Heliseus affer arcum et sagittas. Pone manum tuam super arcum.
Quo facto superposuit Heliseus manus suas manibus regis et
ait. Aperi fenestram orientalem. Et iace sagittam. et iecit. et ait
Heliseus. Sagitta Domini est contra Syriam. et percuties Syriam quia
[illegible] in Aphech donec consumes eam. Et sublato arcu et sagittis
dixit Heliseus ad regem. Percute terram iaculo. Cumque percussisset eam
tribus vicibus et stetisset iratus vir Dei ait. Si percussisses quinquies
sexies vel septies percussisses Syriam. nunc autem tribus vicibus percuties
eam. Et mortuus est Heliseus sepelieruntque eum. Porro latrunculi iuxta abdiam
moabite in terram venerunt eo anno. Quidam autem sepelientes homi-
nem videntes latrunculos et timentes proiecerunt cadaver in sepulcro
Helisei. Quod cum tetigisset ossa Helisei revixit homo. Iosephus tamen di-
cit latrones proiecisse in Helisei sepulcrum mortuum quem ipsi
videbantur interfecisse. Mortuus est autem Azael rex Syrie et reg-
navit pro eo filius eius Benadab. et quidem dimicavit Ioas rex Israel
tribus congressionibus et vicit eum et tulit de manu eius civitates quas
tulerat Azael de Israel iuxta verbum Helisei. De Amasia et Ioas

Anno ii Ioas regis Israel regnavit Amasias filius Ioas in
Ierusalem. xxv annorum erat cum regnare coepisset et xxix annis
regnavit. Nomen matris eius Ioada de Ierusalem. et fecit rectum
coram Domino verumtamen ea que fecit Ioas pater suus. et hic tamen quod
excelsa non abstulit. Sic [illegible] dictum est [illegible] quod [illegible].
Hic et Ioas excelsa abstulit. sed [illegible] et interfecit

Marginal notes:

et nota quod [illegible] [illegible] et [illegible]

Dabit lapis et rationale logion. ex omni colore consolebatur an deceret pugnare an non. Vel dabit responsum sermo. et in neque per sermonem prophetici neque per [illegible] neque per ephod, id est per illud vestimentum ostendebat Deus suum velle.

servos qui interfecerant patrem suum. Filios autem eorum propter legem
Moysi, quae dicit: Non morientur patres pro filiis, neque filii pro patribus, conser-
vavit. Hic Amalechitas et Idumaeos expugnavit. Et conduxit
a rege Israel centum millia, centum argenti talentis. Et cum esset in
procinctu, suasit ei propheta ut dimitteret Israelitas, quod et fe-
cit. Servabant, et sic dedit ei victoriam. Accensi autem iracundia, quia tamquam
inutiles remissi fuerant, venerunt super civitates Iuda, et percusserunt in valle Sali-
narum decem millia, et apprehendit petram, et nobiles interfecerunt ibi.
Et vocatur Iectehel, quod sonat auxilium dei. Iosephus
dicit: Amasias deos eorum ad excelsa petrae detulit, et adoravit
illos, et illos ex ea praecipitavit. Idumaeos dicit praecipitatos. Unde
terrae, in quibus gloriatur. Et hoc est dictum de Amalech.
Postea adoravit eos. Quod audiens Deus, misit prophetam ei, et (in) pro-
pheta Amalech, et negligentes erant cultum eorum, qui daturus
sit poenam peccatis. Elatus autem victoria, scripsit ad Ioas regem Is-
rael. Sicut tu, sic pater tuus; sicut fuerunt David et Salomon.
Audiamus venire et videamus nos. Quasi diceret: pugnemus. Et re-
scripsit ei Ioas in aenigmate: Carduus Libani misit ad
cedrum dicens: Da filiam tuam filio meo in uxorem, et indignatae
sunt bestiae saltus, et conculcaverunt carduum. Elevatum est cor tu-
um pro victoria. Cur provocas malum, ut cadas tu et Iudas
tecum? Et non acquiescente Amasia, congressi sunt in Bethsa-
mes, et fugit Iudas coram Israel, et captus est Amasias, et com-
minabatur ei mortem rex Israel, nisi redderet ei Ierusalem. Quo
tradito, interrupit Ioas murum Ierusalem, a porta Effraim
quae dicitur porta vallis, usque ad portam anguli, cccc cubi-
tos, et tulit aurum et argentum et vasa quae inventa sunt in
domo Domini, et in thesauris regis, et obsides, et rediit in
Samariam. Et facta est contra Amasiam coniuratio in Ierusalem. At
ille fugit in Lachis, et miserunt post eum in Lachis, et interfe-
cerunt eum ibi, et retulerunt illum in Ierusalem, et sepultus est in
civitate David. Tulitque universus populus filium eius Oziam, vel Aza-
riam, annos natum xvi, et constituerunt eum regem.
Sub Amasia, xxiii tempore Latinorum, Silvius Aventinus in eo
monte, qui nunc pars urbis est, mortuus et sepultus est, et suum loco
vocabulum dedit. De Ieroboam rege Israel. Et Amos propheta.
Post vero mortuus est Ioas rex Israel,
et sepultus est in Samaria, et regnavit Ieroboam filius eius pro
eo. Anno xv Amasiae regis Iuda, regnavit in Israel
xli annis. Et restituit terminos Israel Ieroboam, sicut restituerat
terminos Ieroboam Israel ab introitu Emath, quae est Antio-
chia, usque ad mare solitudinis, quod est mare mortuum,
secundum verbum Domini, quod locutus est per servum suum Ionam prophetam,
qui erat de Geth, quae est in Opher, vel Ophir. Ad differentiam Geth, quae est in Pa-
laestina, dicitur Geth in regione Opher. Et nomen est urbis
vel nubilosae, quae non longe erat a templo. Haec vaticinatio
Ionae fuit pro Ieroboam, sicut legitur in Iona, sed
praeter comminationem Ninivitis quam praedicavit, et scripsit.
Dicit Iosephus eum praedixisse, quod per brevissimum tempus ablatos
Et constituit Nabuchodonosor regem in Ierusalem patruum Ioachim, Mathaniam, ut serviret ei sub tributo, imposita religione iurisiurandi. Et mutato nomine vocavit eum Sedechiam. Vicesimum primum etatis annum agebat Sedechias, cum regnare cepisset, et xi annis regnavit in Ierusalem. Et fecit malum coram domino, sicut Ioachim frater eius. Erat enim superbus cogitans ut adhereret regi Egyptiorum, nec serviret iurisiurandi regi Babylonis. Increpabant eum pseudoprophete, dicentes in proximo Babylonios vincendos ab Egyptiis. Cumque diceret ei Ieremias non spem ponendam in deo et non in homine, dixit ad eum dominus. Descende in domum figuli, et ibi audies verba mea. Et descendit, et ecce figulus faciebat opus super rotam, et dissipatum est vas in manibus eius, et conversus fecit de eodem luto alterum vas sicut placuit in oculis eius. Et dixit dominus ad Ieremiam. Dic domui Iuda. Hec dicit dominus. Numquid sicut facit figulus, sic possum facere vobis, ut evellam et disperdam vos, et penitentes edificem, et plantem. Tertio autem anno viii anno regni Sedechie miserunt ad eum nuncios rex Edom, rex Moab, rex Amon, rex Tyri, rex Sidonis petentes, ut pariter federati contra negarent regi Babylonis. Et dixit dominus ad Ieremiam. Fac tibi catenas ligneas, id est torques, et pones eam in collo tuo. Et alias v dabis in manus nunciorum v regum coram Sedechiam dicens. Hec dicit dominus v regibus, et regi Iuda. Ego feci terram, et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor servi mei. Gentes autem et regnum quod non servierint ei in gladio fame et peste visitabo eos. Nolite audire verba prophetarum dicentium. Non servietis regi Babylonis, ne pereatis cum eis. Et cum

pressus ieremias mandatum domini. coram sedechia.
ananias propheta de gabaon. tulit catenam. de collo ieremie.
et confregit eam dicens. Hec dicit dominus. sic confringet iugum
regis babilonis de collo omnium gentium. post duos annos
dierum. et referri faciam omnia uasa domini. et reducam omnem
transmigrationem iude ad locum istum. et ait ieremias amen
sic faciat dominus. a. d. Id ipsum uellem ego. si fieri posset.
Verumtamen audi anania. non misit te dominus. et confidere fecisti populum
istum in mendacio. propterea morieris hoc anno. post duos menses
dierum. et mortuus est ananias in anno illo. mense septimo.
nam hec predixerat ieremias in mense quinto. Tunc quoque sedechias in mor-
tem ananie. misit nuncios in babilone cum tributo. et mi-
sit ieremias epistolam in manu nunciorum. scriptam ad omnem trans-
migrationem iude. dicens. hec dicit dominus. Edificate domos. et
plantate ortos. ducite et date nuptum. et querite pacem
ciuitatis. ad quam uos transmigrare feci. et orate pro ea dominum. quia
in pace illius erit pax uestra. non uos seducant prophete qui in
medio uestri sunt. qui promittunt uos in breui redituros. quia cum
ceperint impleri in babilone. lxx. anni. reducam uos ad locum
uestrum. Hec autem dicit dominus ad achab. filium cholie. et ad sede-
chiam filium maasie. qui prophetant uobis mendacium. Tradam
eos in manu regis babilonis. et percutiet eos in oculis uestris.
et assumetur ex eis maledictio dicentium. Ponat te dominus sicut se-
dechiam. et sicut achab. quos frixit rex babilonis in igne. pro eo
quod fecerint stultitiam in israel et mechati sunt in uxores
amicorum suorum. et locuti sunt uerbum in nomine meo. quod non manda-
ui eis. Hos duos dicunt hebrei fuisse illos duos senes.
quos postea diiudicauit daniel. Nec obstat quod dicitur rex babilonis
eos frixisse. cum daniel dicat eos lapidatos. Conuictos
enim tradiderunt regi ad penam. que nomine ignis signi-
ficatur. Cumque redissent nuncii de babilone. attulit
litteras ex parte pseudo prophetarum. ad sacerdotes ierusalem in hec uerba.
Posuit uos dominus in domo sua. super omnem uirum arre-
ptitium. et prophetantem. ut mittatis eum in neruum et in car-
cerem. et nunc quare non increpasti ieremiam. qui scripsit nobis edifi-
cate domos. quia non redibitis. et legit sophonias epistolam
coram sedechia. in auribus ieremie. et ait ieremias. Hec dicit
dominus. Super eos quos transmigrare feci. uisitabo uerbum bonum
ut reducam eos. super uos autem qui non egressi estis cum eis. et im-
mittam gladium. et famem. et pestem. et ponam uos quasi
ficus malas. que comedi non possunt. Ostendit enim ei dominus sig-
num. et ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum.
Et dixit dominus ad me. Quid tu uides ieremia. et dixit. ficus ficus
bonas bonas ualde. et malas malas ualde. et ait dominus. Sicut
ficus hee bone. sic cognoscam transmigrationem. quam emisi
de loco isto. et reducam eos in terram bene. Et sicut ficus pes-
sime. sic dabo sedechiam. et reliquos qui remanserunt in hac
urbe. in commotionem et opprobrium omnibus regnis terre. Et
dixit iterum dominus ad ieremiam. Vade et accipe lagun-
culam. figuli testeam. et duces tecum de senioribus populi
ad uallem filiorum ennon. que est iuxta introitum porte fictilis.
et conteres lagunculam in oculis eorum. et dices. Hec dicit do-
minus. Sic conteram locum istum. et ciuitatem hanc. Non
uocabitur amplius locus iste amplius topheth. et uallis filii
ennon. sed uallis occisionis. Implebo enim eum
cadaueribus. eo quod non sit alius locus ad sepeliendum.
Et uenit ieremias de topheth. et stetit in atrio do-
mus domini et dixit ad omnem populum. Hec dicit dominus.
Ecce inducam super hanc ciuitatem. uniuersa mala
que locutus sum. aduersus eam. et indignatus phassur
sacerdos percussit ieremiam. et misit eum in neruum.
qui erat in porta beniamin superiori. in domo domini.
Cumque illuxisset in crastinum. eduxit phassur ieremiam
de neruo. et dixit ad eum ieremias. non phassur uo-
cauit dominus nomen tuum. sed pauorem undique. Interpre-
tatur enim phassur. uel faciens oris nigredinem. a. d. non
hebr.
Hus oris nigredinem. id est presentem. imparandi iniquitatem. sed pa-
uorem undique captiuus duceris in babilonem. Et orauit
ieremias ad dominum. Domine deus exercituum qui
uides renes et cor. uideam ultionem ex eis. Tibi enim
reuelaui causam meam. Porro in anno .v. sedechi-
e. ipse est annus .v. transmigrationis ioachim. exorsus est
ezechiel prophetare in babilone. ad captiuos. postquam
acceperant epistolam ieremie. cui et prophetam sicut et da-
nielis. postea persequentem. post excidium urbis. et obitum iere-
mie.

De prima obsidione ierusalem

Porro in principio anni noni sedechie. nabuchodonosor ob-
sedit ierusalem. quia negauerat ei sedechias tributum.
Et misit sedechias ad ieremiam. phassur et sopho-
niam sacerdotes. dicens. Interroga pro nobis dominum.
si forte faciat nobiscum mirabilia. et respondit ierem-
ias. Hec dicit dominus. dabo sedechiam regem iuda et ser-
uos eius. et populum eius in manu nabuchodonosor regis ba-
bilonis. et percutiet eos in ore gladii. et non flecte-
tur. neque parcet. neque miserebitur. et sic ambulabat
ieremias in medio populi. eadem clamans. Porro
rex egypti egressus est de egypto cum exercitu. quasi solu-
turus obsidionem ierusalem. et repellit rex babilonis
a ierusalem. in occursum eius. et fugauit eum in ore
gladii. et de siria coegit eum exire. Cumque disces-
sisset nabuchodonosor a ierusalem. illuserunt falsi prophete. ieremie et — decipiebant
dicebant sedechiam dicentes. Non reuertetur babilonius. sed
redibit transmigratio nostra ad nos. cum omnibus uasis domini.
Ieremias autem gratia hec. et uera prophetabat dicens. Tradetur
sedechias in manu regis babilonis. et loquetur os eius
cum ore ipsius. et oculi eius oculos eius uidebunt. et in ba-
bilonem ducetur sedechias. Impii ergo dicebant iere-
miam a mente excidisse. Porro ieremias tentauit abire
ut egrederetur ad anathot uicum suum. qui .xx. sta-
diis distabat a ierusalem. Cumque uenisset ad portam be-
niamin. custos porte ieremie (ierias) apprehendit eum di-
cens. Ad caldeos profugis. et adduxit eum ad principes.

qui teste misimus in carcerem. quicumque in do-
mo ionathe scribe. et sedit ibi ieremias diebus multis. et
venit ad eum ananeel filius sellum patrui sui. ad vesti-
bulum carceris et ait. Eme agrum meum. qui est
in anathoth. Tibi enim competit. Audiens autem quoniam
propinquior. et intellexit ieremias quod verbum domini
esset; emit agrum. appendens x. argenteos. et vii. sta-
teres. et adhibuit testes. et scripsit librum possessionis
signatum. et stipulationes et rata. et signa foris. et re-
septum libri sunt apertum. et vocavit ananeel. et testi-
bus tradidit libros baruch dicens. Sume librum emp-
tionis hunc signatum et librum hunc qui apertus est. et
pone eos in vase fictili. ut permanere possint diebus mul-
tis. Hec enim dicit dominus. Adhuc possidebuntur agri et vinee
in terra ista. de qua vos dicitis quia deserta erit. Ecce ego
congregabo eos de universis terris. ad quas eieci eos. et redu-
cam eos ad locum istum. et habitabunt confidenter.
et feriam eis pactum sempiternum. De obsidione ierusalem
Porro xi anno sedechie. iiii mense.
v. die mensis. luna xvii. redit nabucho-
donosor exercitus babilonis principes. et principes nabuchodono-
sor. et circumdederunt ierusalem. et extruxerunt in circuitu
eius munitiones. et clausa est civitas xviii mensibus.
Interea tunc sedechias tulit ieremiam de carcere. et in-
terrogavit eum in domo sua secreto dicens. Putasne
est sermo a domino. quod redierunt caldei. Qui respondit. In
manus regis babilonis traderis. Sed obsecro nunc domine rex
ne remittas me in carcerem ionathe. ne moriar ibi.
Et precepit rex ut traderetur in vestibulum carceris
ut daretur ei torta panis cotidie excepto pulmento.
donec consumerentur omnes panes civitatis. et clamabat
ieremias in vestibulo carceris. qui remanserint
in civitate; fame aut gladio peribunt. Qui confu-
gerint ad hostes; quodammodo mortem declinabunt.
et convenerunt principes et seniores civitatis ad regem
dicentes. rogamus te ut moriatur homo iste. deinde
enim dissolvit manus virorum bellantium. plane fatur.
cum dicat. sedechias vinctus ducetur in babilonem. Eze-
chiel enim in babilone prophetavit. dicens; non vide-
bit babilonem. Et dixit rex ad eos. Ecce ipse in
manibus vestris. Nec enim fas est regem. quicquam vobis
roganti negare. Tulerunt ergo ieremiam. et deposu-
erunt eum funibus in lacum helchie. in quo non erat
aqua sed lutum. ut morte suffocatus periret. et se-
dit propheta in luto usque ad guttur. quod erat ei amarius
morte. Tunc abdimelech vir eunuchus de domo re-
gis. secreto dixit ad regem. Peccare te fecerunt
viri isti graviter. Qui respondens ait. Tolle tecum xxx
viros. et leva prophetam de lacu antequam moriatur. Qui as-
sumptis viris. tulit pannos veteres de domo regis.
qui computruerunt. et summisit eos in lacum per fu-
niculos. et dixit ad ieremiam. Pone pannos veteres
sub cubito manuum tuarum. et super funes. Et levatum
eduxerunt eum de lacu. et vocavit eum rex secreto
ad hostium tertium quod erat in domo domini et ait. Interro-
go te. ne abscondas a me aliquid. Respondit. Si consili-
um dedero tibi non me audies. si annunciavero tibi interficies
me. Et iuravit rex dicens. Vivit dominus non occidam te nec
tradam te in manus inimicorum qui querunt animam
tuam. Et ait ieremias. si exieris ad principes babilo-
nis. salvus eris tu et domus tua. et civitas hec non succen-
detur. et tu cum domo tua non effugies manus eorum. Et ait
rex. facerem que dicis; sed timeo iudeos. qui transfugerunt ad
caldeos. ne forte accusent me. et tradar in manus eorum.
et illudant mihi. Et ait ieremias. Non tradent. Tacuit rex ideo.
Nullus sciat verba hec. et si quesierint quid locutus sis regi;
dices. prostravi me coram rege. ne reduceret me in carcerem.
Porro defecerunt victualia De fuga sedechie capta urbe
in civitate. adeo ut mulieres comederent
parvulos suos. ad mensuram palmi. sicut legitur in trenis.
Capta est autem civitas xi anno regni sedechie. iiii mense
viiii die mensis. secundum iosephum. et librum regum. secundum vero ieremiam
v. die. et capta est civitas circa mediam noctem. et sederunt
principes babilonis in porta media. Fugit autem sedechias
cum omni domo sua noctu et principes et omnia eius cum eo. per viam
orti regis et ingressi sunt ad viam deserti. Et cum nunti-
atum esset a quibusdam transfugis principibus babilonis.
persecuti sunt eum diluculo. et comprehenderunt eum in cam-
po solitudinis iericontine. Plures autem principum disper-
si sunt. et recesserunt ab eo. Ipsum autem cum reliquis
vinctum exhibuerunt ad regem babilonis in reblata. Qui
locutus est cum eo iudicium. dicens. Cum ingratum fuisse per-
ceptum ab eo impleret inimicitiam. hostiliter egisse vel de-
generasse in eum. Et addidit. Magnus deus vester cum
nequaquam odio tradidit vos. et occidit filios eius coram
eo. et saraiam summum sacerdotum. cuius filium iose-
dech relaxavit. Occidit quoque eunuchum qui preerat su-
per viros bellatores. et sophar principem exercitus. qui pro-
babat tirones. et v. viros de his qui stabant coram
rege. et tres de ianitoribus templi. et lx viros plebis de
vulgo. vel lx. secundum ieremiam. Oculos vero sedechie effodit. et
catenis vinxit eum. ut adduceret in babilonem. et cum
eo iosedech. et redierunt qui duxerant eos in rebla-
ta. ad exercitum in ierusalem. De incendio templi et urbis
Igitur in xi anno sedechie mense v.
x. die mensis. ipse est annus xix nabuchodonosor regis babilo-
nis. nabuzardan incendit domum domini. et domum regis.
et omnes domus ierusalem. et totum murum ierusalem per circuitum
destruxit. et tulit omnia vasa domus domini. et columpnas
duas. et mare eneum. et ligavit populum. et adduxit
in babilonem. et ibi captivitas inde. et
tulit ieremiam de vestibulo carceris. de quo mandavit

sedechias

ethiops

arripatur nabuch. in hunc modum. Tolle illum et pone super illum oculos tuos. et ne noceas ei. Et preter hec godoliam filium aicham ut preesset pauperibus qui relicti erant. et agricolis et vinitoribus. ut redderent singulis annis tributa regi babilonis. Sedit autem nabuzardan in rama. et habebat ad cum catheniatum. et tollens de medio eorum ieremiam. dixit ad eum. Veni mecum in babilonem. et honorabo te. Quod si displicet tibi venire. Omnis terra in conspectu tuo. habitabis apud godoliam. et quocumque volueris vade. et tradidit ei nabuzardan cibaria et munuscula. et dimisit eum. Sic ieremias et rechabite libere permissi abire. Sedit vero ieremias et baruch notarius eius in medio populi qui relictus fuerat. Nabuzardan vero abiit in babilonem trahens secum captivitatem. hic fuit exitus regni hebreorum. et regnatum est in eo sub iosue annis d. et xiiii. et mensibus vi. et diebus x. sed secundum librum regum non plene quingentis. et fuerunt in eo reges a david xx et unus. Ab edificatione vero templi fluxerunt anni ccc. et lx. et menses vi. et dies x. Ab exitu vero populi de egipto anni ccc. et lxii. et menses vi. et dies x. fuerunt autem in templo per successionem xv summi sacerdotes. a primo sadoc quem constituit salomon usque ad pathin sub sedechia. quem interfecit rex babilonis. [illegible] de morte sedechie.

Porro nabuch. cum intrasset babilonem. cum triumpho victimas solempnes immolavit diis suis. et solempnizavit cum omni populo x diebus. Cumque recumberent exhilaratus precepit rex. ut adduceretur sedechias in medium. et aliqui de cantoribus templi cum eo. qui psallerent coram convivantibus in musicis instrumentis. et canerent hymnos de canticis syon. Bibebant autem convive in vasis templi domini. quorum quedam nabuch. consecravit ydolis. quedam sibi reservavit. Cumque dormirent psallentibus potantibus clanculo precepit ut daretur sedechie potus laxativus. et coram omnibus ignominiose laxatus est. et iterum retruserunt in carcerem. Qui nimio affectus dolore. post paucos dies mortuus est. et audiens nabuch. causam mortis eius. extrahens eum de carcere regio honorifice sepelivit. Etiam In diebus sedechie. scilicet circa exterminium regni iudeorum et exordium habuit quinta etas. et anno ii. sedechie solis defectus. quem thales milesius predixerat. Et in diebus captivitatis romanorum. vi rex servius hostilius capetine filius tres montes urbi addidit. quirinalem. viminalem. esquilinum. fossas circa muros duxit. censum romanorum civium primus instituit. Tandem occisus a tarquinio superbo. priscii tarquinii filio. Eodem tempore septem sapientes. sunt appellati. et in hoc loco dignum duximus imponere. Incidentes de collatione annorum regum iuda. et regum israel. et determinacionis annorum. que nobis occurrunt ut tandem historiam expedicius prosequamur. [illegible]

In libro regum exiguntur. Incidentes [illegible]
de collectione annorum regum iuda. et regum israel. quedam questiones determinari possunt. et si non inveniuntur determinationes. in eo septem editionis hoc accidisse. quia in primis vobis. et inmensis

sunt sepe fallunt. Roboam et ieroboam pariter regnaverunt. annis xvii. alter in iuda. alter in israel. Post roboam cepit regnare filius eius abia in ierusalem. xviii. anno ieroboam. qui xxii. annis regnavit in israel. Et conregnavit abia ierobeam tribus annis. Quod sic dicitur dampnatur. in duobus annis. et aliquanto. tempore tercii. qui erat ultimus ieroboam. et in reliquo tempore eiusdem anni cepit regnare asa filius abie. et xli. et uno anno regnavit in ierusalem. Anno secundo asa regnavit in israel nadab filius ieroboam. duobus annis. id est uno anno et aliquanto tempore anni secundi. qui adhuc erat tercius ase. et cepit regnare pro eo in israel. anno iii. ase. et regnavit xxiiii. annis. non tamen plenis. quia tunc regnavit usque ad xxvii. ase. sed non regnavit in fine usque ad xxvi. Hela vero filius baasa cepit regnare in israel anno xxvi. ase. et duobus annis regnavit. id est uno anno et aliquanto tempore anni secundi. qui erat xxvii. ase. et in hoc eodem anno zambri interfecit hela. et regnavit pro eo vii. diebus. quo mortuo divisus est populus. pars quedam sequebatur thebni. altera sequebatur amri. et prevaluit amri. et regnavit xii annis in israel. Sed notandum est quod contentio de regno inter amri et thebni duravit per tres annos et ultra. Quod autem dicit scriptura. quod amri cepit regnare xxxi. anno regni ase. si enim mortuo zambri statim regnare cepisset amri cum electus fuit. quo regnare cepisset. xxvii. anno. sed viii. regni ase. Verumtamen postea dicit scriptura. eum cepisse regnare filium eius acab xxxviii. anno regni ase. Sic enim xii. annis regnavit amri. et incoavit regnare xxxi. ase. et ase non nisi xl. et uno anno regnavit. palam est quod annis superfuit ase. per tres annos. Item quod acab succedens patri incoavit regnare. xxxviii. anno regni ase. quod sic solutum est. Quando scriptura dicit. amri cepisse regnare. xxxi. anno ase intelligendum est. quod tunc solus et super totum israel mortuo thebni cepit regnare. Cum autem dicit eum regnasse xii. annis a xxvii. anno ase numerat. quando israel eum elegit in regem. quod tempus extenditur usque ad xxxviii. annum regni ase. quando acab regnavit. hinc contentioni sequens scriptura consonat. que narrat iosaphat filium ase cepisse regnare iiii. anno regni acab. Quartus fuit ultimus ase xli. sive primus. Porro iosaphat regnavit in ierusalem. xxv. annis. cuius anno xvii. ochozias filius acab cepit regnare in israel. et ii. annis regnavit. huic quia filium non habuit frater eius ioram successit ei in regnum. et cepit regnare ioram in israel. anno secundo ioram filii iosaphat. sed quomodo anno xviii. iosaphat qui xxv. annis regnavit ochozias cepit regnare. et duobus tantum annis regnavit. Quomodo ioram frater eius anno secundo ioram filii iosaphat. et non potius xviii. et xix. anno iosaphat regnare cepit. Preterea statim in sequentibus subiungit scriptura. quod xviii. anno iosaphat ioram filius acab regnavit. Hec contrarietas sic solvitur. Duobus annis

solo.
2 ocozias est baasa
solo.
cepisse regnare
id est anno sue electionis
ubi dicit
solo.
solo

ochozias.

quibus regnare dicitur Ochozias illi sunt quibus solus, et in columnis. antequam per cancellos domus sue cecidisset reg. Reliqui autem uero .x. quibus eo languente et eius iussu tam. ad ministrationem regni agebat. non sunt et ideo non de putantur. Vel in .xviii. anno iosaphat regnasse dicitur ioram. et tunc regni administrationem pro fratre qui languebat suscepit. scriptura est que dicit. quod ioram filius acab. anno secundo ioram. filii iosaphat regnauit. tempus quo solus iam fratre defuncto regnare cepit attendit. diuersos sane scriptores fecerunt collectiones librorum regum. unde quod alius aliud. et alius aliud. sed tamen distinctionem mixtim. inchoationis regni regum. et iuda et israel assignatur. Ioram autem filius acab. xii annos regnauit super israel. Illa est scriptura. que precedit. quod anno .v. ioram. filii acab regis israel. regnauit ioram. filius iosaphat. regis iude. tempus attendit. quando patre adhuc uiuente regnum administrare cepit. porro ioram filius iosaphat. xxxii annorum erat cum regnare cepisset. et .viii. annis. regnauit in ierusalem. quidam mendosi codices habent. ioram filium iosaphat. xxii annorum esse tunc cum regnare cepisset. quod stare non potest. Si enim. xxii annorum erat cum regnare cepisset. et .viii. tantum annis regnauit. triginta erat cum mortuus est. et filius eius qui successit. iam .xxii. annorum erat. et quando eum genuit. ioram .viii. annorum erat. quod est inpossibile. tamen hebrei tradunt ioram filium iosaphat .xx. annis regnasse. et .xl. uixisse. quod uidetur consonare illi scripture que dicit eum .xxii. annorum. esse cum regnare cepisset. et tamen dicit uixit solos .viii. annos. quibus innocenter uixit. antequam fratres suos occideret. illi in regnum computantur. a scriptura. mortuo ochozia. mater eius athalia .vii. annis regnauit in ierusalem. Annis eisdem .vi. annis conregnauit ei hieu. qui .xxviii. annis regnauit in israel. Anno .vii. hieu cepit regnare in ierusalem ioas. et .xl. annis regnauit. Regnauerunt ergo pariter ioas in iuda et hieu in israel. xxii annis regnum. Quibus finitis mortuus est hieu. et successit ei in regnum ioachaz filius eius. et inchoauit regnare. anno .xxiii. ioas. Ioachaz cepit regnare. et annis .xvii. regnauit. cum ioas .xl. tantum annis regnauerit. palam est usque ad .xxxix. uel post .xl. annum. eius ioachaz regnasse. Quod non est statim. subsequitur dicit scriptura. quod ioas filius ioachaz anno .xxxvii. ioas regis iuda regnare cepit. forte dominio uiuente patre. simul cum patre regnauit. et forte scriptorum negligentia. qui in numeris sepe errant. hanc difficultatem peperit. anno .ii. ioas. regis israel. regnauit amasias in ierusalem. xxix. annis. anno .ii. ioas. quo amasias regnare cepit. nunciatur ex quo solus defuncto patre regnauit. Vixit autem amasias post ioas regis israel. xv. annis. et mortuus est. ionas rex israel. xxv. annis. hic enim qui supra diximus quod amasias. anno .ii. ioas regis israel. regnare incepit. xxix. annis regnauit. et ioas .xvi. annis regnauit. xv. tantum annis simul regnauerunt. Mortuo autem ioas. solus xiiii annis superfuit amasias. et ad plus .xv. Sed inuenitur forte scriptorum ponentis .xv. pro .xiiii. et forte amasias uiuens desiit regnare .i. x. uel .xx. annis. uiginti regnauit autem. Ergo regnauit porro. anno .xv. amasie. regnauit in israel ieroboam. xli annis. simul namque regnauerunt amasias in iuda. ieroboam in israel. ad plus .xv. annis. deinde est quod scriptura dicit. quod .xxvii. anno ieroboam regnauit ozias filius amasie. in ierusalem. forte .xii. annis. regnum iuda sine rege fuit. et ut diximus. amasias uiuens regnum dimisit. et ozias adhuc paruulus regnare non potuit. Mortuo autem patre. cum .xvi. esset annorum. et ieroboam in israel .xxvii. annis regni sui incoauisset. regnare cepit in ierusalem. et lii. annis regnauit. porro. anno .xxxviii. ozie regis iude. regnauit zacharias filius ieroboam in israel .vi. mensibus. et hic ostenditur alio capitulo quod anno .xxvii. ieroboam. qui xli anno regnauit. ozias regnare cepit. et lii. annis regnauit. itaque .xv. annis regnauerunt ozias et ieroboam. cum ieroboam per .xli. et iiii annos regnasset. si statim zacharias filius eius in regno successisset; non in .xxxviii. sed in .xv. regni ozie. regnare cepit. unde est regnum israel sine rege fuit. xxiii annis. uel post quos .xxiii. annos zacharias. filius ieroboam regnauit. qui tamen ille et post in regnum non sunt computati. solum sex menses. est creatus inpost. in .xxxviii. anno ozie. illi sunt computati. In .xxxix. anno ozie sellum. occiso zacharia. regnauit in israel uno mense. In illo anno manahem occidit sellum. et regnauit in israel .x. annis. Anno lii. ozie. phacee filius phacee ... in israel .xx. annis. Anno .ii. phacee regnauit in ierusalem ioathan. et .xvi. annis regnauit. xv. ergo annis ad minus. simul regnauerunt ioathan in iuda et phacee in israel. et annus qui fuit ultimus ioathan. fuit phacee .xvii. ... phacee regis. ... ioathan in his annis in quibus conregnauit achaz. filius ioathan. Quod quidam legerunt. quod osee interfecit phacee. et regnauit pro eo .xx. annis. ioathan. Ex illo tempore regnum ioathan. scriptura numerat. quo pro ipso regnauit. Quod legitur autem quod anno .ii. phacee regnauit. et quod .xvi. annis regnauit ab illo tempore quo solus post regnauit. porro .xii. anno achaz. ... in his annis conregnauerunt ut dicitur. illo anno .iiii. achaz occisus est phacee. et si osee occisor eius. et regnauit pro eo usque ad .xii. annum achaz. tunc regnum israel fuit .viii. annis sine rege. Itaque sunt dicte sententie. et aliter sicut premisimus. determinari non possunt. uel per synecdochen. uel quia et ... paruis quidam regnauerunt. antequam soli regnarent. uel quia regna quandoque sine rege fuerunt. Explicit liber tercius. Incipit quartus.

Praeuaricatus est autem moab in israel ... capitulo .x. ... fuit salmanasar. quo ... tempore eminuit. hic non facile elucet. uidetur enim. secundum historiam hebreorum. thobiam uixisse post excidium ierusalem. in

Anno .xli. ieroboam filii ... regnauit ochozias filius ... regis iuda. xx. ... annorum erat cum regnare cepisset .viii. annis regnauit in ierusalem.

Roboam .xvii. annos
Abia .iii. annos
Asa .xli. annos
Iosaphat .xxv. annos.
Ioram .viii. annos.
Azarias .i. annum.
Athalia .vi. annos.
Ioas .xl. annos.
Amasias .xxix. annos
Ozias .lii. annos
Ioathan .xvi. annos.
Achaz .xvi. annos
Ezechias .xxix. annos.
Manasses .lv. annos
Amon .ii. annos.
Iosias .xxxi. annos.
Ioachaz .iii. menses
Ioachim .xi. annos
Ioachim .iii. menses.
non dixit regnauit
Sedechias .xi.

Hec sunt nomina regum Iude excepto Saul. Primus dauid. secundus salomon. Tercius Roboam. Quartus Abia. Quintus Asa. Sextus Iosaphat. Septimus Ioram. Octauus ochozias. Nonus Regina Athalia. Decimus Ioas. Undecimus Amasias. xii Ozias. xiii Ioathan. xiiii achaz. xv Ezechias. xvi. Manasses. xvii. Amon. xviii. Iosias. xix. Ioachaz. xx. Eliachim uel Ioachim uel Iechonias. xxi. Ioachim. uel Iechonias. xxii. filius eius Mathanias siue Sedechias. Sub isto factum est excidium Ierusalem.

Ieroboam .xxii. annos
Nadab .ii. annos
Baasa .xxiiii.
Zambri .vii. dies
Amri .xii. annos
Achab .xxii. annos
Ochozias .ii. annos
Ioram .xii. annos
Iehu .xxviii. annos
Ioachaz .xvii. annos
Ioas .xvi. annos
Ieroboam .xli.
Zacharias .vi. menses
Sellum .i. mensem
Manahem .x. annos
Phaceia .ii. annos
Phacee .xx. annos
Osee .ix. annos

eandem templi. dicit enim in cantico suo. Ierusalem ci-
vitas dei castigavit te dominus. benedic dominum seculorum ut reedi-
ficet in te tabernaculum suum. et revocet ad te omnes cap-
tivos. In diebus autem mortis sue. cum vocasset filium de
reditu captivorum ait. Terra deserta replebitur. et domus dei que
incensa est iterum reedificabitur. Sed si attendamus tempus vite tho-
bie filii thobie. fuit et tempus historie. quia fuit et
tempus iuxta. non invenimus descendisse historiam. eadem
usque tempora iosie. ponamus enim filium cum patre
captivatum. vi. anno ezechie. et mansisse eum cum patre xlii.
annis cum vixerit xxviii. annum iosie mortuus est. mortuus
est et hanc historiam transtulit ieronimus de sermone caldeorum
in latinum. ad petitionem cromatii et heliodori episcoporum. hanc
historiam iudei inter apocrifa ponunt. Ieronimus enim in prologo suo
dicit. quod sicut tunc est in tertio ordine canonis veteris
instrumenti. sed quia de nullo ordine dicatur. et ieronimus de-
cem libros agiographa. ut includeret ypocrifa. et quia
vicina est lingua caldeorum hebreo sermoni utriusque lin-
gue peritum. loquacem sumens. iuxta quod ille hebraice ex-
pressit: latino sermone exposuit. sub brevi et quasi unius
diei labore.

De Tobia

Porro thobias ex tribu neptalim fuit.
Cumque cuncti ad vitulos aureos quos fecerat iero-
boam irent: ipse ascendebat in ierusalem ut adora-
ret dominum israel. primitias et decimas fideliter offerebat. ita quod
in tertio anno proselitis et advenis omnem ministraret
decimationem. et in omnibus legem dei puer observa-
bat. Cum autem vir factus esset accepit uxorem annam de tribu sua.
et suscepit ex ea filium: nomine suo vocavit thobiam.
Captivus quidem cum uxore et filio habitavit in ni-
nive. et custodivit animam suam ne contaminaretur
in cibis gentilium. sed et concaptivos suos non custodien-
tes legem dei arguebat. et dedit illi deus gratiam in conspectu
salmanasar. qui dedit illi potestatem quocumque vellet
ad captivos ire. et docere eos facere quecumque voluisset.
Cumque deambularet per regionem. cum cepisset das-
monia [illegible] salmanasar venit in rages civitatem medorum. et
invenit ibi quendam contribulem suum gabelum egen-
tem. et tradidit ei sub cirographo x. talenta argenti.
que habebat ex his in quibus fuerat a rege honoratus.
Mortuo autem salmanasar. cum filius eius sennacherib
filios israel haberet exosos: thobias consolabatur eos. et ege-
nis ministrabat. Cumque reversus esset sennacherib a
iudea fugiens manum domini quam [illegible] multos hebreorum
fecit occidi. quorum corpora thobias sepeliebat. Quod cum nun-
tiatum esset regi. iussit occidi eum. et tulit omnem substantiam eius. et cum ille
occidi. Tobias cum uxore et filio fugiens latu-
it. quia multi diligebant eum. post xlv. dies autem
occisus rex a filiis suis. rediit thobias in domum
suam. et restituta sunt ei omnia. Porro in quadam die festo.
cum prandium esset preparatum apud thobiam: dixit filio suo.
Vade et duc aliquos de tribu nostra timentes deum. ut
comedant nobiscum. Qui reversus nunciavit unum de
hebreis iugulatum iacere in platea. et exiliens to-
bias relicto accubitu occultavit eum in domum suam. et come-
dit panem in luctu. et cum tremore. et cum sol
occubuisset. sepeliebat eum. et arguebant eum proxi-
mi sui dicentes. Iam huius cause interfici iussus es. et vix effugisti
periculum mortis. et iterum sepelis mortuos. Sed thobias magis timens deum quam regem.
sepulture occisorum sollicite insistebat. Contigit autem ut
quadam die fatigatus a sepultura veniens domum iacta-
ret se iuxta parietem. et obdormiret. et ex nido hirun-
dinum calida stercora super oculos eius inciderunt.
et factus est cecus. Hoc autem permisit deus fieri ad eius probationem.
et ad exemplum patientie in posterum. Nam in omnibus ten-
dit deum sicut beatus iob. Nam et proximi sui in-
sultantes ei. improperabant dicentes. Noli tu ita loqui.
filii sanctorum sumus. et vitam illam expectamus quam deus
daturus est fidelibus suis. Anna vero uxor eius ibat ad opus tex-
trinum cotidie. et de labore manuum suarum. quod
consequi poterat deferebat. Similiter autem ut edum accipiens
detulisset domum. et balatum eius audisset ait. Vide ne forte
furtivus sit. Ad hec irata uxor eius. Manifeste vana
facta est spes tua. et elemosine tue perierunt. et inge-
muit thobias cum lacrimis dicens. Et nunc domine
secundum voluntatem tuam fac mecum. et precipe in pa-
ce recipi spiritum meum. Expedit enim magis mihi mori
quam vivere. Eodem die contigit ut sara filia raguelis
in civitate medorum audiret improperium ab una an-
cillarum suarum que eam increpabat. dicens illi.
Interfectrix virorum tuorum numquid interficere me vis. sicut
occidisti vii. viros. Fuit enim tradita vii. et demonium nomine
asmodeus occidebat eos mox ut ingressi fuerant ad eam. vii. viris
Ascendit ergo sara in superius cubiculum domus sue.
et tribus diebus ac noctibus non manducavit neque bibit.
In oratione persistens aiebat. Peto domine ut de vin-
culo huius improperii absolvas me. aut certe desuper terram eri-
pias me. In illo tempore exaudite sunt preces amborum in
conspectu domini. et missus est angelus raphael ut cura-
ret ambos. Igitur cum tobias putaret se exauditum
ut moreretur. ait ad filium suum. Audi fili mi verba mea.
et ea quasi fundamentum in corde tuo construe. Cum mo-
rtuus fuero sepelies me. et honorem habebis matri tue. omnibus diebus
vite eius. Mortua sepelies eam iuxta me. Semper
in mente habeto dominum. et observa mandata
eius. de substantia tua fac elemosinas. quia elemosina ab
omni peccato liberat. et magna fiducia erit coram deo
omnibus facientibus eam. Attende fili mi ab omni fornicatione

fornicatione

ch et sapientia, a qua sumpsit initium omnis perditio. consi-
lium a sapiente perquire, et a peccatoribus declina. Sicut
in elemosinis non mancipatur apud te. Noli timere fili, quia
pauperem quidem vitam gerimus, sed habebis multa bona si timu-
eris deum. Preterea scito quod dedi Gabelo x talenta argenti in
Rages. et chirographum penes me habeo. perquire ergo tibi virum fi-
delem, qui tecum eat, salva mercede sua, ut recipias a Ga-
belo chirographum suum. et ipse restituet tibi depositum tuum.
Tunc egressus Tobias invenit iuvenem succinctum, quem adduxit ad
patrem, ignorans quod angelus dei esset. Cumque accepis-
set ab eo quod omnem regionem Medorum noverit, et Ra-
ges civitatem, et Gabelum manentem inibi, introduxit
eum ad patrem suum. et salutavit eum iuvenis dicens.
Gaudium sit tibi semper. Et respondit: Quale gaudium erit
mihi, qui lumen celi non video? Cui ait ille: In proxi-
mo est ut a deo cureris. Et ait Tobias: Poteris ducere filium
meum ad Gabelum? Qui respondit: Ego ducam et redu-
cam ad te. Cumque quereret ab eo Tobias cuius domus esset et de-
cuius tribu, respondit. Ex filiis Israel sum, ego Aza-
rias Ananie filius. quod totum fecit in representationem nomi-
nis creatoris. Erat enim de angelis videntibus deum. et Aza-
rias adiutor, et filius Ananie [illegible]. Tunc pa-
ratis omnibus que erant [illegible] in via, ambulaverunt ambo
simul. et canis secutus est eos. Mater autem flebat dicens
ad virum. Baculum senectutis nostre tulisti [illegible]
numquam fuisset pecunia propter quam misisti eum. Sufficiebat nobis pau-
pertas nostra, ut divitias computaremus quod videbamus filium
nostrum. Et ait Tobias: Noli flere. filius noster salvus reverte-
tur ad nos. Et hoc quod angelus dei bonus comitatur eum. Porro illi
duo manserunt prima die apud fluvium Tigris. et exivit
Tobias ut lavaret pedes suos. et piscis immanis egre-
diebatur ut devoraret eum. Et timens Tobias clama-
vit dicens: Domine invadit me. Et ait angelus: Apprehende
branchiam eius et trahe eum ad te. et extraxit ad
siccum, et palpitabat ante pedes eius. Super hunc locum di-
cit Beda. quod dum Christus in morte levaret pedes suos
ch qui ambulaverant super terram: advenit diabolus quere-
re si aliquod peccatum inveniret in eum. Unde pater transfer
calicem hunc a me. Tunc dixit angelus ad Tobiam.
ch Exentera piscem hunc. et cor eius et fel et iecur re-
pone tibi. valent enim ad medicamenta. Et sic
Tobias partem piscis assavit. et comederunt. et cetera
salla alia salierunt, secum tulerunt. Cumque simul pergerent, ait
Tobias: Azaria frater, quid remedium habent que de pis-
ce servare dixisti? Qui ait: Particula cordis super car-
bones posita: fumo suo extricat omne genus demoniorum
ch a viro vel a muliere. Fel super hoc valet ungendum.
cum fuerit etiam albugo adultus. candorem visui [illegible]
[illegible]. Cumque quereret Tobias ubi maneret nocte il-
angelus la: respondit: Est hic Raguel propinquus tuus. Hic habet
filiam unicam, que debetur tibi cum omni substantia sua.

et ait Tobias: Audio quod tradita sit vii viris, et occi-
sunt a demone. Et angelus: Super petulantes et deum nolentes ch
non timentes potestatem demonium habet. Tu autem cum acceperis
eam, tribus diebus continebis ab ea. et de nocte vacabis
cum angelo orationibus. Prima nocte incenso iecore piscis
fugabitur demonium. Secunda nocte in copula
sanctorum patriarcharum admitteris, vel orabis deum
ut in principio sanctitatis et pudicitie patriarcha-
rum admittat vos. Tertia nocte benedictionem conseque-
ris. ut nascantur ex vobis filii sani et incolumes. hanc benedictio-
nem prestabit sacerdos, vel aliquis maior inter eos in- ch
venit sacerdotis gentis. Quarta nocte accipies eam cum
timore domini, amore filiorum magis quam libidine ductus,
ut in semine Abrahe benedictionem in filiis consequaris.
Tandem ingressi sunt ad Raguelem. Cumque diceret
Raguel uxori sue: quam similis consobrino meo hic iuvenis. Et Tobie
consobrino suo, dixit ad eum angelus: hic est filius illius. Et le-
tatus est Raguel, et instituerunt convivium. Tunc ait Tob.
Hic non manducabo neque bibam: nisi prius petitionem meam
confirmes, et promittas mihi dare Saram filiam tuam. Quo
audito expavit Raguel, et hesitanti de responso: dixit
ei angelus: Noli timere dare huic eam coniugem. huic
enim debetur. et propterea alius non potuit habere eam. Et
ait Raguel: Scio quia deus ad hoc venire et preces cognationis
meas et lacrimas meas, ut coniungeretur hec filia mea cognatione
sue secundum legem Moysi. et apprehendens pater dexteram
filie: tradidit eam dextere Tobie. dicens. Deus patrum nostrorum
sit vobiscum, et coniungat vos, et impleat in vobis bene-
dictionem suam. et fecerunt conscriptionem coniugii, et comederunt
benedicentes deum. Post cenam vero introduxerunt iuvenem in cu-
biculum virginis, et protulit Tobias de cassidile suo par-
tem iecoris, et posuit super prunas. Tunc Raphael apprehen-
dit demonium. et relegavit eum in deserto superioris E-
gypti. Tunc Tobias ait ad virginem: Sara exurge, deprecemur deum
hodie et cras et secundum cras. his enim tribus noctibus iungimur
deo. Tertia nocte: in nostro erimus coniugio. Filii enim sancto-
rum sumus, nec possumus ita coniungi: sicut gentes que
ignorant deum. et oraverunt ambo simul dicentes. Domine mise-
rere nobis, domine miserere nobis, et consenescamus
ambo pariter sani. Porro circa pullorum cantum fecit Raguel
parari sepulcrum, ut sepeliret eum priusquam illucesceret. et
misit unam de ancillis ad videndum si iam obiisset. que re-
diens: nunciavit eos incolumes, et secum pariter dormi-
entes. et laudaverunt omnes deum. et impleverunt foveam
[illegible] antequam lucesceret. et paraverunt [illegible]
convivium [illegible] vicinis et amicis suis. et adiuravit Ra-
guel Tobiam: ut duas ebdomadas maneret apud eum.
et dedit ei mediam partem omnium que possidebat, fa-
ciens scriptum, ut reliqua pars que superest post obitum
suum: deveniret ad Tobiam. Tunc ait Tobias ad
angelum, quem hominem estimabat. Azaria frater [illegible]

pecuniā

raphael

honorare

nisti. quem gaudens sic mera nostre parentibus meis. obsecro te eas ad gabelum et reddes ei chirographum suum. et nuptias ad eo perficies. et monebis eum uenire ad nuptias. Tunc assumens raphael .iiii. de seruis raguelis et duos camelos uenit ad gabelum et recepta pecunia duxit eum ad nuptias secum. et ingressus gabelus inuenit eos discumbentes et benedixit eos. Cumque omnes diuiserint amicitiam cum more dum nuptiarum gaudium exercebant. porro autem tobias moram faciens in nuptiis, solliciti erant pater eius et mater quod ad diem determinatum non rediret. Mater uero lacrimis irremediabilibus flebat dicens. Heu me fili ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostre. Tobias ei consolabatur eam. Porro raguel dicebat ad generum suum. mane hic ego mittam nuntios salutis tue ad parentes tuos. Cumque ille non adquiesceret, tradidit ei saram et dimidium substantie sue in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, in uaccis, in pecunia multa. parentes uero monuerunt filiam suam socrum et diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, et se ipsam irreprehensibilem exhibere. Cumque reuerterentur, peruenerunt ad carram que est in medio itinere. Et dixit angelus ad tobiam. precedamus nos duo, et sequentur nos lento gradu uxor tua et familia cum animalibus. et tolle tecum de felle piscis. Unges ex eo oculos patris tui, et recipiet uisum. Porro anna sedebat secus uiam cotidie in supercilio montis unde respicere poterat de longinquo. et cognouit a longe filium uenientem, et cucurrit ad suum uirum dicens. Ecce filius tuus uenit. Canis quoque qui simul fuerat in uia precurrit, et quasi nuntius blandimento caude gaudebat. Tunc exurgens cecus, data manu puero, cepit currere obuiam filio suo, et osculantes fleuerunt pre gaudio. Cumque adorassent dominum et gratias egissent, tunc tobias de felle piscis liniuit oculos patris. et sustinuit quasi dimidiam horam, et incepit albugo egredi de oculis eius quasi membrana oui. Quam apprehendens tobias, extraxit de oculis suis. Statimque uisum recepit. et glorificabant omnes deum et ait tobias. Benedico te domine deus celi qui castigasti me et saluasti me. et ecce uideo tobiam filium meum. Ingressaque post dies .vii. sara uxor eius cum omni familia sua et pecunia quam receperant a gabelo. et conuenerunt contribules et uicini ad tobiam, et congratulabantur ei per .vii. dies epulantes cum gaudio. Cumque narrasset tobias patri suo per ordinem bona que fecit ei angelus in uia, tulerunt angelum in partes rogantes ut dignaretur dimidiam partem omnium que attulerant accipere sibi. Tunc dixit eis angelus occulte. Benedicite deum celi et coram omnibus uiuentibus glorificate eum quia fecit uobiscum misericordiam suam. Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem dei reuelare et confiteri honorificum est. Porro ostendam uobis

sermonem occultum. Bona est oratio cum ieiunio et elemosina. Cum orabas et derelinquebas prandium et abscondebas mortuum per diem et sepeliebas per noctem, ego optuli orationem tuam domino, et quia acceptus eras deo, necesse fuit ut temptatio probaret te. et misit me deus ut curarem te. et saram filii tui uxorem a demonio liberarem. Ego enim sum raphael angelus. unus ex .vii. qui astamus ante dominum. Et cum audissent, turbati sunt et trementes ceciderunt in facies suas. et ait angelus. pax uobis, nolite timere. Cum essem uobiscum, uidebar uobiscum manducare et bibere, sed ego cibo inuisibili et potu utor, qui ab hominibus uideri non potest. Tempus est ut reuertar ad eum qui me misit. et hec dicens, a conspectu eorum ablatus est. Tunc prostrati per tres horas in facies suas benedixerunt deum. Et exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius. Aperiens autem tobias senior os suum benedixit dominum et dixit. Magnus es domine in eternum. quia tu flagellas et saluas. deducis ad inferos et reducis. Et non est qui effugiat manum tuam. et hortatur in hoc canticum ierusalem et captiuitatem [illegible] ut exemplo sui conuerterentur ad dominum. et facerent iustitiam coram eo et crederent. Et cum omnes facit misericordiam. et prophetauit de ierusalem dicens. Omnes fines terre adorabunt te. nationes ex longinquo ad te uenient. et munera deferentes adorabunt dominum in te. Et multis de tempore gratie domini, ex his que secuntur apponitur. porte ierusalem ex saphiro et smaragdo edificabuntur, et per circuitum eius [illegible]. Erat autem dum [illegible] tobias quando lumen amisit sexagenarius, lumen recepit. et senuit annis .lii. et uidit filios nepotum suorum et completis annis .c.ii. [illegible] de ministerio uidere [illegible] illuminatus est .vii. annis suppliciter [illegible] ad [illegible] abstinentie [illegible] ad dilectionem dei .xl. Cumque uidet sibi obitum imminere, uocauit filium suum ad se. et .vii. filios eius dixit eis. Ipse erit in [illegible] in nimine. uideo quia iniquitas eius finem dabit ei. non enim excidet uerbum dei. et fratres nostri [illegible] a terra israel reuertentur ad eam. et replebitur omnis deserta eius. et domus dei que in ea incensa est, iterum redificabitur. ibi reuertentur [illegible] uniuerse tribus israel [illegible] pro alia porta templi [illegible]. Quem tam gestum narrauit. [illegible] et templum in ea. Cumque monuisset filios et dilexit deum et timore et amore elemosinas faciendas, et precepit eis ut mandarent filiis suis. addidit. Audite ergo me filii. Hic quasi die sepelientis matrem uestram, iam me in uno sepulchro [illegible]. Ex eo [illegible] ut tu statim hinc. Et mortuus est tobias et [illegible] uxor eius et filius et nepotibus. et reuersus est ad [illegible] suos. et inuenit eos in bona senectute. et in omni conuersatione. [illegible]

ch

ch. fili accede et [illegible]

ch

ch

ch

similiter abcessit tobias exiuitur cum uxore.

Mat. samuelis. xxxx. tobie. [...] ad in[...]
scripta. Sed dicunt annis Mat. samuelis. lxxx. tobie.
lxxx. raguelis. matris sue [...]. et anna [...]. mor-
tuis, tobias minor, xcix. et sepelierunt eum omnis
cognatio. et omnis generatio eius [...] permansit. ut
[...] vita cum deo quam hominibus. Sic ad histo-
riam captivitatis revertentes et ad historiam iude. [...]
ter sui locis [...]. De morte godolie.

Recessit cum preficiset rex babilonis godoliam re-
liquiis terre iude, venerunt ad eum omnes qui evaserant
manus hostium. et inter circuitas gentes latuerant. et
quibuscumque latibulis salvaverant animas suas. Multi
quoque de x. tribubus quibus gratius erat cohabitare [...]
[...]. fuerunt et inter eos quidam de principibus terre.
Iohanna filius caree. Sareas et iezonias. et dixit godolias
ad eos. Nolite timere habitare in terra. et servire regi
babilonis. et bene erit vobis. Ego habito in masphat
ut respondeam propter caldeos. qui mittuntur ad nos.
ut in nullo vos gravent. Cumque hec iurasset [...]
dimisit eos ad propria loca. que unusquisque delegit.
porro de genere regio erat quidam hismael vir malig-
nus qui dum obsideretur ierusalem ad regem cucurrit ammoni-
tarum. et ibi morabatur. et ait iohanna filius caree ad
godoliam secreto. Scito quod ismael insidiatur anime
tue mittens [...] dominum terre [...] rex ammonitarum mit-
tet eum percutere animam tuam. ut occupet terram deso-
latam. Ibo ergo et percutiam hismael nullo sciente ne
interficiat te. et dissipentur et pereant reliquie iuda. et ait
godolias. non facies verbum hoc. ut interficias virum
innocentem. non enim [...] ut in tali desolatione
sibi maliciam exerceant. et factum est in mense vii. eodem
anno venit hismael et x. viri cum eo ad godoliam
in masphat. et splendide suscepit eos. Cumque post pran-
dium misisset eos in soporem godolias et [...]. percus-
sit eos ysmael. et occisis per noctem iudeos qui erant
in civitate. et quosdam milites qui a babilonis fu-
erant derelicti. trucidavit. et proiecit cadavera eorum
in lacum quem fecerat rex asa propter baasa regem israel.
Altera vero die veniebant cum muneribus de provincia
lxxx. viri ad godoliam. et egressus est hismael in occursum
sui eorum dicens. Venite ad godoliam. quibus ingressis
occidit eos hismael preter x. qui dixerunt ei. parce
nobis. quia thesauros habemus in agro, frumenti ordei et olei
et mellis et dabimus eos tibi et recesserunt ab eo.
Tunc ismael duxit captivas reliquias populi que e-
rant in masphat. filias quoque regis quas commendaverat
nabuzardan godolie. Quod cum audisset iohanna filius
caree assumptis viris occurrit hismaeli et inve-
nit eum ad aquas que sunt in gabaon. et fugit

hismael a facie eius cum viii. viris et reduxit iohan-
na captivos et predam quam duxerat hismael. De defectu reliquiarum [...]

Et convenerunt omnes reliquie iuda
ad ieremiam. a parvo usque ad magnum. disponebant
enim fugere in egyptum. timentes ne occiderentur a caldeis.
pro morte godolie. et dixerunt ad prophetam. Ora pro nobis dominum.
ut indicet nobis quid faciamus. Post x. dies vii. factum est verbum
domini ad ieremiam. et convocavit universum populum ait.
Hec dicit dominus. Si manseritis in terra hac, plantabo
vos et non evellam. Iam enim placatus sum super ma-
lum quod feci vobis. Nolite timere a facie regis babilo-
nis. quia ego vobiscum sum. Si autem descenderitis in egip-
tum. ut ibi habitetis. gladium quem formidatis ibi
comprehendet vos. peribitis gladio. fame. et peste. et non audi-
erunt ieremiam. Sed dixerunt mentiris. non misit te dominus.
Sed baruch incitat te adversum nos. ut tradat nos in mani-
bus caldeorum. et descenderunt omnes cum mulieribus et par-
vulis. et omni substantia sua in egipto. et duxerunt secum
ieremiam et baruch. et desolata est terra. et sabbatiza-
vit multis annis. sicut predixerat ieremias. Non enim transtu-
lit in eam rex babilonis colonos. sicut fecerat rex assi-
riorum in terram israel. et habitaverunt reliquie iuda in e-
gipto. in magdalo et in taphnis et in memphis et in terra
phaturos. et est nomen ei a quo prius illa egipti sic denomina-
ta est. et factus est sermo domini ad ieremiam in taphnis. Su-
me lapides grandes. et abscondes eos in cripta que est sub
muro latericio. in porta domus pharaonis. et dices ad
iudeos. Hec dicit dominus. Ecce ego assumam servum meum
nabuch. et ponam thronum eius super lapides istos. et
percutiet terram egipti. et perimet vos cum egiptiis.
porro mulieres hebreorum sacrificabant diis alienige-
nis. et regine celi. id est lune. vel [...] offerebant
placentas et libamina. Cumque argueret eas iere-
mias dixerunt. Sermonem quem nobis [...] non faciemus.
cumque ad viros dure loqueretur. dixerunt. Cum [...]
hec in urbibus iuda saturati sumus panibus. et bene erat
nobis. Ex quo autem cessavimus indigemus omnibus et gladio
et fame consumpti sumus. et ait ieremias. Ego iuravi in nomine
meo magno quia omnes viri iuda qui sunt in terra
egipti gladio et fame peribunt. Dum pertinaciter consumerent et
induraret populus adversus ieremiam et lapidaverunt eum
lapidibus quos absconderat sub muro latericio. Egipcii vero
honoraverunt prophetam sepelientes eum iuxta tumu-
lum regum memores beneficiorum. et posuit in egipto.
Oratione enim sua fugaverat aspides et bestias aquarum
quas greci cocodrillos vocant. quibus prius egipcii infesta-
bantur. Tradunt et quod adhuc de pulvere eiusdem loci aspi-
dum percussura sanatur. et fugiunt cocodrilli. De eo
ait epiphanius. Audivimus a viris senioribus qui ex ter-

ch
complerat annos
illud
ch
huius
ibi uero [...] dixit nobis [...]
[...]
vel iunoni
[...]
hec dicit dominus
hec potius usque in finem hec dicit supra [...]

uos antigoni et tolomei stirpe descenderunt. quod alexander ma-
cedo veniens ad sepulcrum prophete et cognoscens loci misterium
transtulit ipsum in alexandriam et sepelivit gloriose et circum-
a terra illa prohibiti sunt cocodrilli et aspides. fecitque
idem alexander prius introduci illuc serpentes quosdam quamvis
marsorum aspides argolas. quia si potant eas perimit exspi-
rare. quos ex argis peloponensi adduxerat argolides nomina-
vit. Hic ieremias qui regibus egypti signum dedit quod eorum ydo-
la subverti oporteret cum virgo pareret. Unde et sacerdotes eorum in secreto
templi locum ymaginem virginis et pueri statuentes adorabant.
Dum vero tholomeus rex interrogaret eos quare hec agerent, ratione dixe-
runt paternam traditionem esse misterium. quod a sancto propheta acceperunt ma-
iores et credebant in rebus taliter venturum. Hic ieremias qui tem-
plum evertendum prenoscens archam testamenti cum hiis que inerant
in ea tulit et sub fabris lapis eam cavatam abscondit in petra. petram digito desig-
nans dei nomen impressit. et fecit sigillum in similitudinem
sculpture quasi ferro cavatum. et ipsum domini nomen nube opertum
ita celatum est ut ex tunc locum quis recognoscere quaeat vel
ipsum nomen legere usque in hunc diem. et usque in finem seculi
... illic sepe nubes ut ignis fit nocturno tempore
eo quod gloria dei ab eius lege non desinat. Est autem petra illa
in deserto terre inter duos montes in quibus iacet moyses
et aaron. dixit quoque ieremias flentibus: dominus de celo recessit ad
celos, sed rursus in virtute veniet. et erit signum presentie
eius quando universe gentes adorabunt lignum. dixitque quod
archam hanc nemo preter aaron producere poterit. et tabu-
las que in ea sunt nullus aperiet sacerdotum, nullus quoque prophe-
tarum nisi electus dei moyses. et in prima resurrectione resurget
hec archa et exibit de petra et ponetur in monte syna et
omnes sancti congregabuntur ad eam. [ezechiel] ... domini sustinentes
et adventum eum eos querentes iniurie fugientes. De cap-

De captivitate sedechie iude

[T]ertio anno post mortem ieremie anno v. ...
[S]edechie ... tercio anno regni nabuch. misit ...
... descendit nabuch et obtinuit eam ...
... quoque et amonitas subiugavit sibi et tandem
intravit in egiptum. eam quoque subvertit. et regem qui
tunc erat in ea occidit. aliumque in ea constituens. tercio
anno iudeos captivos duxit in babilonem. et hec fuit ultima
captivitate reliquiarum iude. quandam numerant lxx
annos usque ad secundum annum darii filii ydaspis. hanc
et captivitatem reliquiarum predixerat ezechiel in
caldea. de quo in sequentibus aliquid addicemus.

De Ezechiele

[E]zechiel propheta de terra ... fuit
filius buzi de genere sacerdotum. hic in babilonem
ductus est cum ioachim et matre eius cum daniele et ...
... hic habitabat iuxta flumen chobar. ... in xxx
anno non solum etatis eius ... ab viii. anno
... in templo ... anno
transmigrationis in quarto mense in v. die mensis ...
prophetare ezechiel ad captivos ... legitur
in epistola ieremie post lxx annos ... captivita-
tem et flebant ... plorantes ... tunc
... domini quod ... eos

necessitati. dixerunt enim post eos ieremie remanentes in ierusalem
prophetis ... qui se tradiderunt servo suo nabuch. bona
sua sibi possidebant. Tunc autem in gentium ... elapsi
erant. Florebant enim qui remanserant. et ipsi iugo
servitutis premebantur. Erant enim inter eos qui dicerent
quod dum servierunt milicie celi bonis omnibus habundabant.
ex quo vero cessaverunt perierunt gladio fame et peste. adhuc
prophetabat ezechiel visionem urbis et templi incendium
imminere. et eos qui remanserant in urbe fame perituros.
et extra urbem gladio. autem eos qui iam tenerentur esse
passuros servitutem. et eos autem in pace et quasi ... servi-
tute mansuetos. Ut autem auctoritatem preberet eis deus pos-
tendit ei quasdam visiones similitudine scilicet hominis leo-
nis vituli et aquile non solum ad figurandum evange-
listas sed ut ostenderet deum israel dominum esse totius creature per hec dig-
niora omnem intelligens creaturam. Homo enim preest ceteris ani-
mantibus. aquila rex avium. leo ferarum. bos iumentorum.
Sub animalibus vero vidit rotam in medio rote. ut osten-
deret convolutionem omnium elementorum in deum ...
et super hec vidit firmamentum coloris saphiri. et super firmamentum
erat similitudo throni. et super thronum similitudo quasi aspectus
hominis. Et ait dominus: Fili hominis mitto te ad filios
israel ad domum exasperantem. si forte audiant et quiescant
et sciant quia propheta sit in medio eorum. et
ecce manus missa ad eum in qua erat liber scriptus intus et
foris. et scripta erant in eo lamentationes et carmen
et ve. et ait deus: Comede volumen istud. et dedi ...
... ad transmigrationem
... ad ...
Et sedens in medio eorum posuit coram omnibus laterem et
descripsit in eum civitatem ierusalem. et obsidionem adversus
eam. et munitiones et aggerem. et castra et arietes in gyro.
et apposuit sartaginem ferream oculis suis ne
videret eos. et ait: sic obfirmavit dominus faciem suam
ad ierusalem ne videat eam. et obsidebit eam. signum
domui israel. et quia in ierusalem erant multi de x. tribu-
bus qui ad eos confugerant. et de eis locutus est dominus ad
eum. Fili hominis sume tibi frumentum et ordeum et
fabam et lentem et milium et viciam et facies tibi panem de
hiis subcinericium in pondere xx. staterum. et operies
illum in oculis eorum ad coquendum stercore humano.
Cumque abhorreret propheta, concessit ei fimum boum
pro stercore humano. et dices ad eos: sic comedent filii
israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiciam
eos. dixitque etiam dominus ad eum: sume tibi gla-
dium radentem pilos id est novaculam et duces illum
super caput tuum et barbam. et tertiam partem pilorum
combures igni in medio eorum. et tertiam partem pi-
lorum concides gladio in circuitu. et tertiam partem disper-
ges in ventum. Hec enim dicit dominus ad ierusalem.
Tertia pars tui fame morietur et peste in medio tui.
Et tertia pars tui gladio cadet in circuitu tuo. et ter-
tiam vero partem in omnem ventum dispergam. Et fecit

est autem in anno vi. in vi. mense. in v. die mensis. leuauit spiritus prophetam inter celum et terram. et ad
duxit eum in ierusalem in visione dei. et vidit ad aqui
lonem. vestibulum porte ydolum baal. et ingressus
vidit vniuersa ydola domus israel depicta in circui
tu per totum. et lxx. viri de senioribus stabant. et ieco
nias sacerdos cum eis. et vnusquisque habebat turibu
lum in manu sua. et vapor nebule de thure conscen
debat. et ingressus per hostium porte ad aquilonem.
vidit mulieres plangentes thamuz mortuum. id est
adonidem et laudantes eum. et vidit inter vesti
bulum et altare xxv. viros. terga dorsa ad templum.
et adorantes ad ortum solis. et dixit dominus ad eum. vi
disti fili hominis que faciunt. pro hiis ergo dicit dominus. Ecce
faciam eis in furore. non parcet oculus meus. Et ecce viri
sex veniebant. tenentes vasa interitus in manibus suis.
Et erat vnus in medio eorum vestitus lineis. et atramentarium
scriptoris ad renes eius. et dixit dominus ad eum. transi per
mediam ciuitatem. et signa thau super frontes viro
rum gementium et dolentium de abhominationibus que
in illa fiunt. et dixit ceteris vi. viris. transite per ciui
tatem sequentes eum et percutite omnem super quem non
videritis thau. Non parcet oculus vester. et a sanctuario
meo incipite. Cumque percuterent. clamauit
propheta. heu. heu. heu. domine deus. ne disperdas
omnes reliquias israel. Et dixit dominus ad eum. qui in
dutus erat lineis. imple manum tuam prunis. et ef
funde eas super ciuitatem. et hoc faciens combussit eam.
Spiritus autem leuauit ezechielem. et reduxit eum in cal
deam. et locutus est ad transmigrationem. que dixit dominus.
Post hec ezechiel in conspectu eorum per diem cepit trans
portare vasa domus sue. quasi transmigraturus ad aliud
locum. Vespere autem perfodit parietem. et per ruinam parietis
exportauerunt eum in humeris sero et velata facie
ne videret terram. et dixerunt ad eum domus israel. Quid
tu facis. dicit ei. Super regem qui est in ierusalem hoc vide.
parietem perfodient. ut educant eum in caligine noc
tis. Et educet. capietur in sagena. adducetur in babilonem.
et eam non videbit. ibique morietur. Post hec locutus est ad
domum israel in enigmate dicens. aquila grandis mag
narum alarum. longo membrorum ductu. plena plu
mis et varietate. id est nabugodonosor. venit ad libanum.
id est ad templum. et tulit medullam cedri. id est vasa
domini et summitatem frondium transportauit. id est ioachim.
et tulit de semine terre. id est mathaniam. et posuit
illud in terra. et creuit in vineam. id est fecit eum regem.
et accepit ab eo iuramentum. et facta est aquila grandis.
id est pharao. et ecce vinea illa extendit palmites su
os ad illam ut irrigaret eam. Pro hiis ergo dicit

qui fecit hec. et qui dissoluit pactum. numquid effugiet.
viuo ego in medio babilonis morietur. et factum est
verbum domini ad ezechielem in anno ix. mense x. decima
die mensis. dicens. fili hominis. scribe tibi nomen diei
huius in quo confirmatus est rex babilonis aduersus ierusalem hodie.
Ecce ego tollam hodie a te desiderabile oculorum tuorum. et in
gemisces tacens. Non plorabis. non plangetur luctum
mortui facient. non velabis ora amictu. nec cibos lugentium
comedes. sed calciamenta erunt in pedibus tuis. et quam
ad eundem. et mortua est vxor sua vespere. et non plorauit.
sed erat cum illis. et dixerunt ad illum. Quid portendit
hoc. et respondit. hec dicit dominus. Ecce ego polluam sanctu
arium meum. desiderabile oculorum vestrorum. et pre nimia
anxietate non plangetis. sed quisque de nece sua sol
licitus erit. Ita et in consolacionem gentis sue. Post hec propheta alia
nuntiauit et comminatus est nationibus. que exultant hostes
in ierusalem. et insultauerunt captiuis. id est filiorum amon
et moab. et edom. philistiim. tyri et sidonis. egypto et
ethiopie. Et factum est in xii. anno transmigrationis. xii.
mense. v. die mensis. venit ad ezechielem quidam
qui fugerat in ierusalem. dicens. Vastata est ciuitas. In pre
cedenti tamen vespera. ezechiel predixit de nuncio
venturo. et audiens omnis transmigratio excidium urbis.
et incendium templi leuauerunt vocem suam et dix
erunt. periit spes nostra. abscisi sumus. non resurgemus.
et exclamauit ezechiel. hec dicit dominus. Cum sanctifica
tus fuero in vobis. tollam vos de gentibus et ad
ducam vos in terram vestram. et effundam super vos
aquam mundam. et mundabimini ab omnibus inqui
namentis vestris. et factum est super prophetam manus domini. et ad
duxit eum in campo. qui plenus erat ossibus sic
cis vehementer. et dixit ad eum. putas ne viuent
ossa ista. et dixit. domine tu scis. et dixit dominus.
dic ad ea. Ossa arida hec dicit dominus. Ecce dabo
super vos neruos. et succrescere faciam carnes et cutem.
Extendam autem. dabo vobis spiritum et viuetis. et
adhuc eo loquente. factus est sonitus et commotio. Et accesserunt
ossa ad ossa. vnumquodque ad iuncturam suam. et
ecce super ea nerui. et carnes et cutis. sed spiritum non ha
bebant. et dixit dominus ad prophetam. Clama ad
spiritum. et dices. hec dicit dominus. A quatuor ventis ve
ni spiritus. et insuffla super interfectos istos. et reuixe
runt. et sic factum est. et viuentes steterunt super pedes
exercitus nimis grandis valde. et dixit dominus. Ossa hec
vniuersa domus israel est. et rediit spiritus prophetam.
in medio transmigrationis. et locutus est ad eos. quod mon
strauerat ei dominus. in signum duorum. id est reuo
cationis eorum a captiuitate. et in signum resurrectionis corporum in
fine. et tulit ezechiel lignum vnum et scripsit

lignum

super illud lignum iude et sociorum eius et super alterum scripsit effraim.
et sociorum eius. et coniunxit ea in una manu simul. et dixerunt ei. Quid hec tibi uult in his. Et respon. Hec dicit dominus. Ecce ego congregabo regnum iuda et regnum israel. et faciam eos in gentem unam. et regnum unum. et seruus meus dauid princeps erit eorum in perpetuum. Et locutus est dominus ad ezechielem. Fili hominis uaticinare aduersus gog et magog dicens. hec dicit dominus. Ecce ego super te gog principem mosoch et thubal. seducam te et ascendere te faciam de lateribus aquilonis et adducam te super montes israel. et cades ibi tu et omnia agmina tua. et dedi te uolucribus celi. et bestiis terre. preparate. uenite undique ad uictimam quam immolo uobis super montes israel. ut comedatis carnes fortium. et sanguinem principum terre bibatis. et omnibus saturabimini. dabo sepulcrum nominatum. et mittam ignem in terram magog. et in his qui habitant in insulis confidenter. hi fabulantur hebrei futurum post regnum mille annorum. et post tantum tempus exituros gog. quorum arma per vii annos usum lignorum habebunt. non de siluis. sed de armis. et colligent ossa vii mensibus. et sepelient in ualle que ob hoc dicetur polyandrium. In xxv anno transmigrationis. tempore anni xxxiii regni nabuch. primo mense. x die mensis. xiiii anno postquam percussa est ciuitas. in hac ipsa die facta est manus domini super ezechielem. et duxit eum in spiritu in terram israel. super montem excelsum et ostendit ei descriptionem ciuitatis et templi. super quam ad litteram nichil scripserunt auctores. porro ezechiel in caldea inter captiuos iudicauit tribus ... regis. et prophete quidam de tribu dan et gad. qui in deum commiserunt impia. legis persequendo custodes. et fecit ut dicit epiphanius quod eos prodigium magnum. quod filii eorum et iumenta perirent a serpentibus. propter quod occiderunt eum. quod deus illis non redderet ad propria. sed in medio regionis remanerent. propter quod ezechiel in eum. ... interfecerunt eum quidam. et per quidem ... sepelierunt eum in agro maur in sepulcro sem et arphaxat. in spelunca duplici. Iuxta similitudinem habrahe in hebron. sepulcrum sare composuit. duplex quoque dicitur. eo quod camera sit. et auersa a superficie terre. similitudinem unius a parte una. similiter alia parte superius suspensa sit in terram. Ipse propheta signum dedit populo. in flumine chobar. ut quando deficeret. sustinerent desolationem terre sue. tunc parent regionem ad uersum. ... ad eum. quando conuenit multitudo plurima captiuorum ad flumen chobar. et caldei rebellationem uerentes irruerunt super eos. Ipse uero fratribus suis stetit. et fecit flumen sicut aquas ambulans. cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit. et quotquot hostium presumpserunt eos sequi. submersi sunt. et per eundem subito largam piscium copiam populo prebuit ad uescendum. sepe quoque multos deficientibus uitam restituit. De daniele

Prophetauit etiam in caldea daniel. de quo iosephus et epiphanius. de semine regio iude fuit. secundum lxx uero de semine regio iude fuit. qui in titulo fabule bel ita ponitur. homo quidam erat sacerdos nomine daniel. filius abdo. conuiua regis babilonis. natus fuit in bethoron superiore. et fuit adeo castus. quod a ciuibus suis spado putaretur. librum eius transtulit ieronimus ad petitionem pauli et eustochii cum magna difficultate. scriptus enim erat hebraicis litteris. sed caldaico sermone. non legebatur ab ecclesia secundum lxx. quia multum a ueritate discordabat eorum editio. sed secundum theodotionem quia apud hebreos nec susanne hic historiam. nec hymnum trium puerorum. nec bel draconisque fabulam. de quo alias ordinem. hi permittentes quod alii prophetarum. longe ante captiuitatem duorum tribuum. de ea prophetarunt ut ysayas et osee. alii ea imminente. et dum fieret. ut ieremias et ezechiel. alii post eam. ut daniel et abacuc. alii post eam. ut aggeus et zacharias.

Factum est autem cum transtulit nabuch. de ierusalem in babilonem nobiliores pueros iudeorum. et quosdam de semine regio pulcriores inter eos et doctiores. qui starent presentes in palacio regis. ut ait iosephus. castrati. quod et aliis gentibus est naturale. secundo diuiserat. et tradidit eos preposito eunuchorum. et fecit eos erudiri primitialibus litteris puer et caldeis. Est autem caldea lingua eadem que et syra. proxima hebree. et iussit eis ministrari cibos de mensa sua. Fuerunt autem inter eos iiii optimi de filiis iuda. Daniel. ananias. misael. et azarias. et mutauit rex eis nomina. et dedit sunt. balthasar. sidrach. misac et abdenago. balthasar enim erat nomen regis. quod ipse posuit danieli. ut dicit epiphanius. eo quod uanum cogitauit. de eo adquirere. Illis iiii prepositus eunuchorum specialem posuit preceptorem. malasar. hi proposuerunt non contaminari cibis gentilium. sed cum cogeret eos malasar eodem cibis regis ne uiderentur coram rege ceteris exiliores. dixerunt ad eum. tempta nos obsecro diebus x. et da nobis legumina et aquam. et post hoc contemplare uultus nostros. et reliquorum qui uescuntur cibo regio. et sicut uideris facias nobiscum. porro malasar tollebat cibaria et uinum eorum. et dabat eis legumina. quibus anime eorum erant limpide. nec hebetes pre multitudine ciborum. non confuse pre uarietate. et corpora eorum laboribus aptiora. et subito tales sunt eruditi. quibus dedit eis deus scientiam. et disciplinam et sapientiam. danieli. intelligentiam uisionum et somniorum. et exactis diebus annis. statuti sunt in conspectu nabuch. et de omnibus que locutus est rex ab eis. inuenit eos decuplum super cunctos ariolos. et magos. qui erant in regno eius. et fuit daniel in honore in caldea. usque ad darium et cirum. et hic terminat prima danielis prophetia. Secundum quosdam. xv. quod uisiones danielis dicimus eo quod in eis nec ipse quod uidit. uel uisum ab alio explanauit. Visio prima.

Secundo anno regni sui uidit nabuch. somnium. et conterritus est spiritus eius. et effugit ab eo somnium. nec intelligendum. secundus annus regni

lignum
in allegoria expone ... [illegible]
... gog ... magog ... [illegible]
i. inuidie ... super
dixerunt eum
hinc
Ara
fuerunt
leis
d
i. sibullatores
i. ... [illegible]

ab origine. vel a consummacione huius consummationis regni
eius dicit. Post subiugatis sibi nacionibus reliquias quas
eduxit de egypto. Conuocauit ergo rex coniectores caldeorum et dixit
ad eos. Vidi sompnium, sed ignoro quid viderim. Qui re-
sponderunt siriace. et huiusque scriptus liber hebraice est. Deinde
caldee usque ad visionem quam vidit in susis sub bal-
tasar. Dicat rex sompnium seruis suis, et interpretacionem
eius indicabimus. Et ait rex. Nisi sompnium et coniecturam
indicaueritis, moriemini. Et domus vestre publicabuntur. Et
dixerunt. Non est homo super terram, qui sermonem tuum
possit implere, exceptis diis, quorum conuersacio non est cum ho-
minibus. Tunc precepit rex in ira magna ut interficerentur
omnes sapientes babilonis. Et querebantur daniel et socii
eius ut perirent. Quod cum comperisset daniel, ingressus rogauit
regem, ut daret ei tempus ad solucionem, per unam noc-
tem tantum, ut dicit iosephus. Et ingressus daniel domum cum so-
ciis suis, orauit dominum, et per visionem noctis reuelatum est ei
misterium, et benedicens deum, ingressus ad regem. Ait
rex. Potes ne sompnium michi indicare, et interpretacionem eius?
Qui respondit. Misterium quod rex querit, deus in celo reuelans
misteria, qui indicauit tibi que uentura sunt in nouissi-
mis temporibus. Visiones capitis tui hee sunt, id est cor-
dis. Cum in corde enim sit sapiencia, secundum euangelium, non in
capite, secundum philosophum. Tu cogitabas in stratu tuo, quid esset post
te, post hoc mundi regnum futurum, et ostendit tibi deus regna.
Videbas coram te statuam grandem et sublimem, cuius caput
et collum erant ex auro, pectus et brachia ex argento,
venter et femora ex ere, tibie autem ferree, pedum quae-
dam pars ferrea, quedam fictilis. Et abscisus est lapis de mon-
te sine manibus, et percussit statuam in pedibus, et commi-
nuit eam, et redacta est in fauillam, quam rapuit ventus, et
nec inventus est locus eius. Lapis autem factus est mons magnus, et re-
pleuit uniuersam terram. Nunc audi rex interpretacionem
eius. Tu es caput aureum, cum hiis qui successerunt tibi.
Et post te consurget regnum aliud minus te. Quod intelligitur
de regno medorum et persarum, tanquam per duo brachia,
a quo deletum est regnum babilonis. Et regnum ter-
tium aliud eneum, quod imperabit vniuerse terre. Quod intelli-
gendum de regno grecorum, vel per famam alexandri. Et quartum
regnum erit velut ferrum. Quia sicut ferrum domat
omnia metalla, sic illud conteret omnia. Hoc intelligendum de
imperio romanorum. Porro quia vidisti partem pedum testeam,
partem ferream, sicut ferrum non potest misceri teste, sic erunt
in eo ciuiles discordie (julius et pompeius), et pars solidabitur, pars altera conteretur.
Tunc suscitabit deus regnum celi. Comminuet vniuersa
regna hec, et stabit in eternum. Super hoc dicit iosephus. Signi-
ficauit et daniel regi de lapide, quod tamen non placuit indi-
care. Sed alii referunt hoc ad regnum suum, quod ex-
spectant. Tunc rex cecidit in faciem suam, et adora-
uit danielem dicens. Vere deus vester deus deorum est. Et dedit

danieli principatum super omnes prouincias babilonis, et super
magos sapientum. Obtinuit autem daniel a rege, ut tres socii
eius principatum haberent super prouincias. Secundum ipsum sedit in
babilone, et staret in foribus regis. Visio secunda

Sequitur secunda visio danielis, que est hec: tamen visio dicitur,
quia vidit rex in fornace quartum puerum similem filio dei. Porro
fecit nabuchodonosor statuam auream altitudine cubitorum lx,
latitudine vi, et statuit eam in campo dura prouincie ba-
bilonis, ubi olim gigantes edificauerunt turrim. lxx. dicunt in campo
[illegible], quod interpretatur [illegible]. Statuam erectam [illegible]
sepsit rex campum. Et uocauit rex omnes principes regionis ad
dedicacionem statue. Et preco clamabat ualenter. In hora qua audie-
ritis sonum musicorum, adorate statuam. Quicunque non adorauerit, eadem ho-
ra mittetur in fornacem ignis ardentis. Et adorauerunt omnes pre-
ter socios danielis. Et accusati sunt ad regem. Et accensa est fornax
septuplum, et missi sunt uincti cum vestibus in medio for-
nacis. Vicit autem illos qui miserant eos, interfecit flamma
ignis. Que vero sequuntur, dicit se ieronimus non legisse in hebreo,
sed quia in toto orbe dispersa erant, ueritati (pro satisfaccione audiencium) apposuit, sub ob-
elo, ne caperet imperitos partem voluminis detruncasse uideri.
Porro fornacem succendebant ministri malleolis et pice et
stupa et napta. Que secundum salustium historiarum, quoddam
genus fomenti est apud persas. Secundum alios olea sunt oliuarum are-
factarum cum amurca. Sed plinium in terra babilonis fluit in modum
bituminis. Et erupit flamma, et incendit quos reperit iuxta
fornacem de caldeis, et effusa est super fornacem cubitis xlix.
Quod geometrica regula comprehenditur. Angelus autem domini descendit
cum eis in fornacem, et excussit flammam, et induxit quasi
uentum roris vel flatum, et refrigerauit eos, et cantica ora-
uit eos dicens. Iustus es domine, peccauimus enim, et tradidisti nos
in manus hostium. Sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipi-
amur a te. Et sicut in holocaustum pinguium, sic fiat sacrificium
nostrum hodie in conspectu tuo, ut placeat tibi. Tunc illi tres quasi
ex uno ore benedicebant deum dicentes. Benedictus es domine deus patrum
nostrorum et cetera. Et hortabantur omnem creaturam ut benediceret dominum, pro-
cedentes a superioribus ad inferiora. [illegible] quod autem [illegible]
et spiritu humilitatis, et quod in canticis legitur: benedicite spiritus et anime
etc. Erraverunt quidam dicentes esse in homine
preter duo distincta, spiritum et animam. Hunc usque in hebreo non
habetur. Tunc obstupuit rex, et surrexit propere et ait. Nonne
tres viros misimus in ignem? Et ecce uideo uiros iiii ambu-
lantes in medio ignis, et species quarti similis filio dei. Quod de
angelo intelligi potest. Tunc uocauit eos rex, et egressi sunt,
et mirabantur omnes, quod capillus eorum non esset adustus, nec
sarabalia immutata. Et ait rex. Non est deus alius qui
possit saluare. Et posuit edictum ut qui blasphemiam lo-
queretur in deum (hebreorum) eorum periret, et domus eius uastaretur.
Et restituit eis principatum prouinciarum.

Sequitur tercia visio danielis, quam non scripsit daniel,
sed ipse rex, quam scripsit in uniuerso regno.

suo. postquam de bestia reversus est in hominem. 7 in regnum. in quo predicavit mirabilia. que fecit apud eum deus excelsus. Forma autem epistole hec est. quam intulerunt daniel quasi suo. Ego nabuchodonosor florens 7 elatus in superbiam. somnium vidi. quod perterruit me. 7 convocavi cunctos sapientes babilonis. solutionem eius non indicaverunt mihi. donec ingressus est daniel. cui nomen baltasar. qui habet spiritum dei. 7 dixi ei. Videbam super stratum meum. 7 ecce arbor in medio terre. que pertingebat usque ad celum. 7 aspectus eius usque ad terminos terre. 7 esca universorum in ea. Sub ea habitabant animalia 7 bestie. 7 in ramis volucres. 7 ex ea vescebatur omnis caro. Et ecce vigil 7 sanctus descendit de celo. 7 ait. succidite arborem 7 ramos. 7 fugiant bestie. 7 fugiant ex ea bestie. 7 volucres. Verumtamen germen eius in terra sinite. 7 alligetur vinculo. 7 cum feris pars eius in herba terre. cor eius ab humano commutetur. 7 cor fere detur ei. 7 vii. tempora mutentur super eum. In sententia vigilum decretum est. 7 petitio sanctorum. donec cognoscant viventes. quia dominatur excelsus in regno hominum. 7 cui voluerit dabit illud. Tunc daniel tacitus cogitabat. quasi una hora conturbatus. quia mala portendebantur regi. 7 dixit rex. Tu es rex arbor illa. qui magnificatus. 7 potestas tua in terminos terre. 7 audisti vigilem sanctum descendentem super te. ab hominibus eicient te. 7 cum feris erit habitatio tua. fenum ut bos comedes. vii. tempora. i. annos mutabuntur super te. donec scias quod dominatur excelsus super regnum hominum. 7 relinquetur tibi germen radicis. quia regnum tuum restituetur tibi. Quamobrem audi consilium meum. peccata tua elemosinis redime. forsitan ignoscet tibi deus. Transactis autem xii mensibus deambulabat rex in aula. 7 loquebatur in spiritu elationis dicens. Nonne hec est babilon quam edificavi in fortitudine roboris mei 7 in gloria decoris mei. Adhuc erat sermo in ore ipsius 7 vox de celo ruit. Tibi dicitur nabuchodonosor. regnum transibit a te. 7 cum feris habitabis. vii. temporibus donec scias quod dominetur excelsus in regnum hominum. Eadem hora ex hominibus abiectus est. 7 fenum ut bos comedit. donec capilli eius crescerent in similitudinem aquilarum 7 ungues eius quasi unguis avium. Igitur post dies definitos a deo. ego nabuchodonosor levavi oculos ad celum. 7 sensus meus redditus est mihi. 7 benedixi altissimo 7 laudavi viventem in sempiternum. 7 non est qui dicat ei. quare sic fecisti. 7 requisierunt me optimates mei. 7 in regno meo restitutus sum. 7 magnificentia amplior addita est mihi. Ex his apparet 7 epiphanius testatur. quod non corporis mutationem sed mentis alienationem passus est. 7 ablatus est ei usus lingue ad loquendum. 7 ita datus est ei habitus humane. 7 videbatur ei quod bos esset in anterioribus. 7 leo in posterioribus. Primum significat quod in prima etate voluptatibus dedit. 7 eum demum ingressus est libidinem. In fine tamen irrationabilis dum prius 7 crudelis extitit. Multi quoque contemplabant 7 mirabantur eum. Solus daniel non contemplabatur. sed toto tempore illo orans pro eo deum rogabat. 7 ad preces eius anni vii. quos tantum dixit tempora. in vii menses versi sunt. In quibus xl diebus insaniam patiebatur 7 per alios xl revisus ad cor hominis flebat. 7 supplicabat deo. addens quod ex nimiis fletibus ut careret

oculis fere credidit. 7 item per alios xl dies revertebatur in insaniam. donec vii menses complerentur. Post hec revocatus est non tamen regnavit. sed statutis ante se vii iudicibus. 7 usque ad finem vii annorum penitentiam egit. panem 7 carnes non comedens. 7 vinum non bibens. leguminibus vescebatur 7 herbis. iuxta consilium danielis. 7 cum iterum regnasset. volens eum dicere danielem heredem filiorum quasi dei deus. abstrahere ut prius relinquens hereditatem in cunabulis domus ut horum. Sed dicit iosephus. quod videns hostias quasi ingratum. curavit. Sequitur. 7 hic mutat daniel ordinem historie. Nos autem ordinem prosequimur.

Et mortuus est nabuchodonosor magnus.

Et regnavit pro eo filius eius. nabuchodonosor. qui murum de novo babilonis cum templo belis magnifice decoravit. circumdans muris tribus ita ut nec obsidentes valerent flumina. Et interius palatiis regalibus maiora super addidit. Et in diebus xv. consummavit. iuxta que grandes lapides posuit instar montium supplantavit arbores. 7 ortum. qui suspensilis dicebatur. eo quod uxor eius que in partibus medie nutrita fuerat. regionem suam a longe videre desiderabat. Sic meminit megastenes in libro iudaicorum. 7 asserit eum fortitudine 7 actuum magnitudine herculem transcendisse. Sed 7 de eo est in li. colonorum dicitur. quod iste nabuchodonosor obsedit tyrum. xiii annis. 7 x. mensibus. Eo mortuo regnavit pro eo. amilmaradach. Hic est evilmeradach qui xxxvii. anno transmigrationis. mense xii. xxvii. die mensis sublevavit caput ioachim regis iuda de carcere. 7 posuit thronum eius super thronum regum. qui erant cum eo in babilone. 7 comedebat coram rege cunctis diebus vite sue. Et hanc fecit cum eo misericordiam. quia pater non servavit ei fidem. Tradunt tamen iudei. quod evilmeradach. frater minoris nabuchodonosor in die elationis patris multa gessit impie in eum. 7 pro eo relictus accusatus apud eum. missus est in carcerem. ubi erat ioachim. usque ad mortem patris sui. Cumque regnare cepisset. elevavit ioachim. quem socium habebat in carcerem. timens quoque ne resurgeret pater suus. qui de bestia redierat in hominem. consilio ioachim. ad consilium eius cadaver patris effossum. divisit in ccc. partes. 7 dedit ccc vulturibus. 7 ait ad eum. ioachim. Non resurget pater tuus. nisi redeant vultures in unum. Hic habuit tres filios consilio. qui 7 regnaverunt dicti sunt. labor arodach. 7 nabar. Qui baltasar cognominatus est. ad quem post regna fratrum. regnum est devolutum.

Sequitur quarta visio danielis. Non secundum ordinem libri eius. sed secundum historiam. in qua vidit. sub ymaginibus iiii bestiarum. iiii regna. que viderat nabuchodonosor in statua quadriformi. sed additum est de antichristo. 7 die iudicii. Primo anno primo baltasar vidit daniel somnium.

Regnum assiriorum leena

Regnum persarum ursus

Regnum grecorum pardus

Regnum romanorum aper secundum hebreos

de libro dan.

Accipiendum est hoc de flagellatione ... filium regni ... sic ...

cuius summam scribens ait. Videbam et ecce quattuor venti pugnabant in medio mari. Hee sunt angelice potestates que laborant pro regnis mundi. quibus presunt. Et quattuor bestie ascendebant de mari. Prima quasi leena. et habebat alas aquile. et avulse sunt eius ale. et sublata est de terra. et super pedes quasi homo stetit. et cor eius datum est ei. Hoc est regnum assiriorum. quod comparatur leene. propter violentiam et libidinis impacientiam. quia leena semper in coitu gestit. Alas aquile habuit propter longevitatem. Nam in semiramis incepit sub tempore abrahe. descendit usque ad .v. sub balthasar. Quod autem ale avulse sunt. et stetit ut homo. et cor ei datum est. ad conversionem nabuchodonosor respicit. et restitucionem. Secunda bestia similis urso. in parte stetit. tres ordines erant in ore eius. et dentibus. dicebant ei. surge comede carnes plurimas. Hoc est regnum persarum. quod comparatur urso. propter pacientiam laboris. et victus parcitatem. nam pro pulmento sale vescuntur et cardemomo. Hoc similis fuit urso in parte. quia ex toto. quia in templum dei nichil crudeliter egit. Unde in zacharia dicitur. Et albi. Tres ordines dencium fuerunt. tria regna in principio fuerunt. medorum. persarum et caldeorum. Vel tres principes fuerunt. super .c.xx. satrapas. qui dicebant ei comede carnes plurimas. Hoc refertur ad assuerum. cui dixit aman. ut occideret iudeos. Tercia bestia quasi pardus. et habebat alas avis quattuor. capita erant in ea. et potestas data est ei. hoc est regnum grecorum. quod comparatur pardo. qui saltu ruit in mortem. propter impetum alexandri. et vario colore. diversa sub eo regna significat. Alas habuit. quia nichil velocius victoria alexandri. Quattuor capita eius quattuor sunt alexandri successores. Post hanc potestatem habuit alexander. hoc fuit virga furoris domini in filios pestilencie. Quarta bestia terribilis et fortis. dentes ferreos habens. comedens reliqua. et pedibus conculcans. Hoc est regnum romanorum. quod nulli bestie comparavit daniel. ut quicquid in bestiis ferocius cogitamus. intelligamus in romanis. hebrei enim dicunt. similem fuisse apro. secundum illud psalmi. vastavit eam aper de silva. et singularis ferus depastus est eam. Hoc regnum cetera conculcavit. Quod sequitur et habebat cornua .x. respicit ad finem mundi. quia tunc regnum romanorum dividetur in .x. regna. quod signatum est per .x. soles in vaticinio sibille. Et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum. hoc est antichristus ignobilis. in obscuro loco nascetur. ex seminibus quidem parentum concipietur. sed post conceptum spiritus malignus descendet in uterum matris. Cuius virtute puer deinceps nascetur. aletur adolescet. Unde filius perdicionis dicitur. et tria de cornibus primis. avulsa sunt. a facie eius. id est tres reges de .x. quos interficiet. regem scilicet affrice. egipti. et ethiopie. Alii vero sibi manus colla submittent. et ecce

quasi oculi hominis erant in eo. id est astutus et mirabilis sapiencia. quia magice miracula faciet. et inveniet thesauros. et erat ei os loquens ingencia. quia deum se dicet. Circumcidet se. dicet se messiam esse. confluent ad eum iudei. reedificabitur templum. et solium suum ponet in eo. Contrahet ad se homines. terrore. muneribus. miraculis. Enoc et heliam interficiet. Aspiciebam donec throni positi sunt. et antiquus dierum sedit. id est deus eternus. iudex qui apud iohannem. solus in throno sedet. vestimentum eius quasi nix candidum. et capilli quasi lana munda. gloriam maiestatis eius significant. thronus eius flamme ignis. rote eius ignis accensus. Hoc ad illud dicitur. Ignis ante ipsum precedet. Fluvius igneus et rapidus egrediebatur a facie eius. Celeritatem iudicii venturi. sicut dicit apostolus in momento et in ictu oculi. Sequitur. Milia milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. finalitates. Nam decies centies idem est quod mille. Hoc ad ordinem angelorum refertur. Iudicium sedit. et libri aperti sunt. id est in iudicibus et interrogantibus. conscientie singulorum patebunt. Et vidi quod interfecta esset bestia. Cetera. aliarum quoque sublata erat potestas. quia tunc cessabit omnis prelacio. cum tradet filius regnum deo et patri. Et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat. Christus qui baiulis nubibus descendit in celum. sicut venit. quemadmodum vidistis eum ire in celum. et usque ad antiquum dierum pervenit. quia per omnia equalis est patri. et dedit ei potestatem et honorem et regnum sempiternum. Cumque viderem hoc daniel. accessit ad unum de assistentibus. et querebat veritatem. qui exposuit ei singula. Hoc addens de antichristo. scilicet sermones contra excelsum loquetur. et tradentur in manu eius. usque ad tempus et tempora et dimidium temporis. id est usque ad annum et duos annos et dimidium anni. hebraice enim idem tempus significat et annum. et per numerum pluralem. duos annos. hebrei enim hic dualem numerum. Sicut et grecus. breve erit tempus. hoc. quia nisi abbreviati essent dies illi. non fieret omnis caro salva.

Visio danielis.

Sequitur .v. visio danielis. hebraice scripta in eo. precedentes vero caldaice. Anno .iii. balthasar. ego daniel eram in helam regione susis. que est metropolis persarum. que in iudith vocatur ecbatanis. in qua ut aiunt iosephus. fecit mausoleum regum. et vidi in visione me esse super portam ulay. Et ulay nomen porte vel lacus ante portam. et ecce aries unus stabat ante paludem habens cornua excelsa. et unum excelsius altero. atque succrescens. Hoc est rex potencior dario. et ventilabat cornibus contra occidentem. aquilonem. et meridiem. et omnes bestie non poterant ei resistere. Hoc ad ipsum regnum refertur et ad personam. et ecce hircus veniebat ab occidente. et non tangebat terram. hoc est alexander. quasi volans per inimica

quia quasi concidens, ut hyrcus, vel ab hyrcis scilicet colore quorum
ducti colores sunt huic. Et venit ad arietem quem vid-
eram stantem ante ianuam, et percussit arietem, et commi-
nuit duo cornua eius, id est Darium Arsami filium, persas
et medos et persas sibi subiecit. Et orta sunt ibi
iiii cornua, id est iiii successores, de quibus loco suo
dicemus. De uno ex eis egressum est cornu modicum, et
factum est grande. Hic est Antiochus Epiphanes, descendens a
Seleuco, qui diu erat obses Rome et evasit in regnum,
et magnificatum est contra meridiem, id est contra Egyptios, et contra ori-
entem, id est eos qui in fide vel novas moliebantur, et
contra fortitudinem celi, id est Iudeos. Et deiecit de stellis
et conculcavit eas. Et usque ad principem fortitudinis
usque ad deum magnificatum est, et ab eo tulit iuge sac-
rificium, et deiecit locum sanctificationis eius, id est in templo san-
ctuarii idolum posuit. Et audivi unum de sanctis loquentem
ad alterum, et dicentem: Usquequo iuge sacrificium et desolatio, et for-
titudo conculcabitur? Et dixit ei: Usque ad vesperam et mane
dies ii. ccc. et mundabitur sanctuarium, id est ab inquina-
tione Antiochi in Ierusalem, usque ad mundationem templi factam
a Iuda Machabeo, per successiones diei et noctis fluxe-
runt vi anni et menses iii et xx dies. Cumque
quereret Daniel intelligentiam somnii, Gabriel venit
ad eum et indicavit ei per hec visiones. Ecce, ut ait
Iosephus, deprehenditur error Epicureorum qui hunc mundum
sine rectore et sine dei providentia casu fieri confirmant. Si
mundus sine presule esset, deperisset olim, sicut navis de-
solata sine rectore. Nec secundum prophetias omnia pervenerint.

Sequitur vi visio Danielis. Sequitur vi.

Sque que continetur in Daniele, sicut Ieronimus eam sextam no-
tat, in prologo Abachuc. Et hec chaldaice scripta est. Verum
Cyrus et Darius obsident Balthasar in Babilone. Balth-
asar vero fecit magnum convivium optimatibus suis,
et iussit afferri vasa que tulerat pater eius de templo domini. Et biberunt in eis rex et opti-
mates et uxores eius et concubine eius, et laudabant deos
suos. Scilicet solempnitas erat in Babilone [illegible]
obsidionem urbis. Fabulabantur Hebrei quod Baltasar
intellexerat lxx annos captivitatis quos predixerat Ie-
remias effluxisse, et tamen Hebrei non erant liberati. Unde in visi-
one sua exultabat et diis suis grates agebat, sane
illa annorum septuagena non effluxerat, sed [illegible]
iam [illegible]. In eadem hora apparuerunt quasi manus scribentis
in pariete. Cumque rex vidisset manum et scripturam, mentis
visu attonitus videlicet manum scribentem, quidem vidit
articulos manus evanuisse, conturbatus est rex, et genua eius ad se in-
vicem collidebantur. Et exclamavit fortiter ut introduceren-
tur magi caldeorum, et ait ad eos: Qui legerit scripturam hanc et
interpretationem eius fecerit, purpura vestietur, torquem auream habebit
in collo, et tertius erit in regno meo, unus erit trium
principum qui preerant satrapis. Illi non potuerunt scripturam

legere. Et ingressa regina, id est uxor, sed potius mater avia
sed [illegible], vel mater sed [illegible], et ait ad regem:
Est vir in regno tuo qui spiritum deorum habet, quem pater tu-
us apud principem magorum constituit. Hic vocetur et narra-
bit. Cumque introisset Daniel, promisit ei munera que
et superius dicta sunt. Cui ille: Munera tua sint tibi, vel aliis da. Scrip-
turam quidem legam tibi et exponam. Postea quod deus
excelsus dedit regnum patri tuo, et non cognovit,
propterea fenum ut bos comedit, donec cognosceret. Tu quoque
cum scires hec, omnia adversus dominum celi elevatus es, et
vasa eius prophanasti. Edens enim manibus immundis
et bibens in eis deos laudasti qui non vivunt nec senciunt.
Dominum autem qui flatum tuum habet in manu sua non glo-
rificasti. Propterea ista coram te scripta sunt. Mane te-
chel phares, quod sonat: numerus, appensio, divisio. Et
est sensus: Numeravit deus regnum tuum, id est complevit illud.
Et tecel per simile: [illegible] statera [illegible] et abscis-
dit. Appensus es in statera, et inventus es minus habens, id est
iudicio minus [illegible] quam putabas. Divisum est regnum tu-
um, et datum medis et persis, vel tradetur regnum
tuum. Nam phares fragmentum significat. Et eadem
rex munera Danieli que promiserat. Eadem nocte capta
est Babilon. Nam Cyrus divisit Eufraten longe a
civitate per plures rivos, ut alveum qui influebat
in civitatem vadabilem faceret, et per eum ingressi sunt
hostes in civitatem [illegible]. Et interfectus est Balthasar sub manu.
Et successit ei Darius rex in regnum annos natus lxii.
Nam [illegible] ei tanquam maiori [illegible] deferebatur.
[illegible] eadem nocte visionis [illegible] apper-
[illegible] qui loquitur ad Balthasar [illegible] pone in-
[illegible] contemplare [illegible] comedentes et bibentes.
Surgite principes, arripite clipeos. [illegible] quod
mater Balthasar [illegible] suspendit. Filia fuit
Darii, et quia Balthasar filium non habebat, festinabat
Darius [illegible] regnum. Sequitur vii.

Sequitur vii visio Danielis. Porro Darius sumpsit
Danielem, duxit eum secum in mediam.
Et erat Daniel de tribus eorum satrapis qui preerant [illegible]. unus
quia in Daniele spiritus dei amplior erat, et cogitabat
rex constituere eum super regnum. Unde principes invi- dixe
debant ei, et querebant occasionem inveniendi eum
ex latere regis, id est ex eo quod erat ex latere regis. Fa-
bulabantur Hebrei quod querebant occasionem in [illegible]
[illegible] vel [illegible] ad reginam [illegible]
[illegible] regis [illegible] eum [illegible]
potuerunt, eo quod fidelis esset, et super thesauros e-
rat, ut dicit Iosephus, qui adeo [illegible] erat ut
nullam oblationem reciperet. Et dixerunt principes:
Non inveniemus occasionem adversus eum nisi in lege
dei sui. Et subripuerunt regi dicentes: Consilium

viii

inierunt cuncti principes regni, et satrape et iudices,
quod quicumque petierit aliquam petitionem a quocumque deo et homine usque ad
xxx dies nisi a te rex: mittatur in lacum leonum.
Nunc ergo confirma sententiam et scribe decretum. et proposuit
rex. porro daniel ingressus domum suam, et fenes-
tris apertis in cenaculo suo contra ierusalem tribus temporibus in
ch die flectebat genua. orabat tribus horis. orabant
iudei in die. hora scilicet tertia. vi. et ix. sicut legitur de apostolis.
quod tribus vicibus in die orabat. et de petro et iohanne qui
ascendebant ad horam orationis nonam. In tertia orabant quia
tunc datus est decalogus in sinai. In eadem etiam hora spiritus
datus est sanctus super apostolos. In vi. orabant quia tunc exaltatus
est serpens eneus in deserto. In eadem etiam hora christus
suspensus est in ligno. In nona orabant quia tunc de-
dit petra aquam in cades. In eadem etiam hora quia ex latere
christi lanceato fluxerunt sanguis et aqua. Cumque
venissent viri illi danielem orantem, accusaverunt eum
ad regem. de transgressione decreti. et contristatus rex. posuit
cor ut liberaret eum. laborans usque ad occasum solis.
ch Qui intelligentes viri dixerunt. scito quia lex medorum et persarum
ut decretum regis non liceat immutari. Tunc miserunt da-
nielem in lacum leonum et obsignavit rex anulo suo.
et adduxit quadratum lapidem: qui per ianuas positus erat.
et incenatus totam noctem duxit rex insompnem. et dilu-
culo venit ad lacum. et flens exclamavit. Daniel ser-
ve. valuit ne deus tuus liberare te a leonibus? Et ait.
ch deus meus misit angelum suum. et conclusit ora leonum. quia
coram eo iustitia inventa est in me. forte quia vidit angelum.
vocatur hic propheta. visio. et eductus est daniel de lacu nullaque
lesio. et dixerunt quia accusaverunt eum. non dicit propheta hic
ch. sed quia facti sunt leones. tunc rex iussit leo-
sacerdotes: accusatores nibus mitti eos qui danielem apposuerunt. sicut accusatus. daniel mis-
sit in lacum. cum uxoribus et filiis et non pervenerunt usque
ad pavimentum. donec arriperent eos leones. et omnia ossa
eorum comminuerunt. tunc scripsit darius universo reg-
no suo dicens. Paveant omnes deum danielis quia ipse est
deus vivens. et eternus in secula. Prosperatus est daniel per dies
mausoleum plurimos. Cumque surrexisset, fuerat quasi rex. forte miraculo
in ebrietatis quod habent vulnera ut dicat iosephus. mi-
rabile ut eadem die conspiraret. perire esse constructam,
ubi sepeliuntur medorum reges. et persarum et parthorum
et qui custodit ... sacerdos iudeus. Sequitur

Sequitur. viii. visio danielis. In anno primo darii
filii assueri, de semine medorum, qui imperavit super
regnum chaldeorum. Ego daniel intellexi in libris ieremie
ut complerentur vel ad completionem appropinquarent
desolationis ierusalem anni lxx. et oravi dominum in ieiuniis
ch et sacco et cinere. dicens. Iustus es domine. peccavimus. iniquita-
tem fecimus. et adduxisti [vel venit] eam super nos. Avertatur obsecro ira
tua a civitate tua ierusalem. et monte sancto tuo. ostende
faciem tuam super sanctuarium tuum. quod desertum est. Exaudi

domine. placare domine. attende et fac. Sermonem adhuc me
loquente. Ecce vir gabriel tetigit me in tempore sacrificii
vespertini et ait. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo liberationis
a deo. Ego autem veni ut indicarem tibi eam. et quidem alia quam
diximus [credita] est. Tu ergo adverte [eius] visionem et sermonem intellige. Et
aperuit eis liberationem spiritualem futuram. per spiritum forsan ve-
nientem. per quem orabat. differt. quia postularet de solutione [fore] tyrannide,
ibi noli metuere. Ad hoc etiam de dispersione per romanos [iudeorum fuerit].
lxx. ebdomades sunt abbreviate super populum tuum et super urbem
tuam sanctam. ut consummetur prevaricatio et finem accipiat peccatum.
et deleatur iniquitas. et adducatur iustitia sempiterna et imple-
atur visio. et prophetia et ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo et ani-
madverte. ab exitu sermonis. ut iterum edificetur ierusalem. usque dicit novamen
ad christum ducem. ebdomades. vii. et ebdomades lxii. erunt.
hic alius qui memoriam designat angelus. qui legem et prophetias
implevit. peccatum exuit et iustitiam adduxit. et unctus est oleo letitie
pre consortibus suis. et proposuit ebdomadas non dierum sed annorum.
ut vii. anni sint ebdomada una. Abbreviatas autem dicit ut intelli-
gamus annos lunares. qui breviores sunt solaribus. xi. diebus.
lxx ergo ebdomades annorum solarium faciunt annos cccc.lxxxx.
lunarium. id est annorum cccc. xc. Est ergo sensus quod ab exitu ser-
monis. ut reedificetur ierusalem. usque ad ducem christum fluxerunt
anni cccc. xc lunares. Incipit ergo lectio numerare a xx anno regni
artaxersis. in quo neemias pincerna eius impetravit ab eo ut resti-
tuerentur muri ierusalem. et restituit eos in multa angustia. Nam
instructio ista a rege accepta in angustia. usque ad passionem
fluxerunt anni lunares cccc. xc. et hanc summam annorum compu-
tat secundum annos regum. qui descendunt usque ad xviii. annum
tyberii cesaris. et tamen modicum intererit daniel. de reedifica-
tione per neemiam dicens. et rursus reedificabitur platea. et muri in
angustia temporum. de lxx. autem ebdomadibus separavit ultimam dicens. daniel
Confirmavit autem pactum multis ebdomas una. quod mitti
quod intelligendum est de tribus annis et dimidio. quibus predicavit
christus. et quod prophetis promiserat confirmavit. Sicut tamen tres anni et
dimidius scilicet ebdomadis novissime preterierunt. secundo baptiza-
tus est dominus. et in dimidio eiusdem ebdomadis novissime fecerunt
quando baptizatus est dominus. et in dimidio eiusdem ebdomadis res-
duo. ad finem deficiet. hostia sacrificii. post mortem cessabunt
labunt umbre. et in templo erit abhominatio vel abhomi- desolationis
nanda. et desolatio usque ad consummationem. post mortem christi. et usque ad fi-
nem durabit hec desolatio. Et sic in hoc posuit daniel tempus mor-
tis christi. dicens post ebdomadas lxii. subaudi vii. et no-
vissimam quam in duas partes divisit occidetur christus. et non erit eius populus
qui eum negaturus est. Dixerunt enim non habemus regem nisi cesarem.
et alii. Sanguis eius super nos sit. Et civitatem et sancta-
rium dissipabit populus. ad lxx ebdomades non pertinet sed post
tempus adventus christi et mortis. quia venturi erant populo
qui noluit eum recipere dicens. et dissipabit civitatem et sanctu-
arium. populus romanus cum duce suo veniente. et finis eius vastitas et
post finem belli statuta [iterum] desolatio. Et ferunt quod
ex duobus que hic leguntur. scilicet ungetur sanctus sanctorum et deficiet hostia.

Sumunt illud quod solebat supponi videlicet. Cum venerit sanctus sanctorum
cessabit unctio vestra. Affricanus hanc computationem Bede. alonam?
principio, sed in fine differt. Non enim extendit lxx. ebdomadas
nisi ad xv. annum Tiberii in quo baptizatus est Christus. Tertullianus
sic incipit computare ebdomadas illas a primo anno Darii in
quo egressus est sermo a Deo ad Danielem per angelum, ut iterum re-
dificaretur murus Ierusalem, et extendit per romanos usque ad cap-
tivitatem templi. et tunc ponet ad lxx ebdomadas, quod tam
est civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo.
Hebrei sic exponunt. lxx. ebdomades abbreviate sunt super
populum tuum. Et o Daniel scito quia ab hac die qua ista
tibi loquor, sicut erat autem annus primus Darii, qui occidit Balthasar et
regnum Caldeorum in Persas Medos que transtulit, usque ad lxx. an-
norum ebdomadam v annos erit ex? populo tuo per pro[illegible]
tione. peccatum consummabitur et deus. sicut peccatis et scelere pecca[illegible]
et finem accipiet prevaricatio. Secunt enim urbe et templo des-
structis, iudaicus populus, sed in brevi restaurabitur. et non solum
hec. lxx. ebdomadis hoc fient. sed nascetur Christus et iustitia sem-
piterna et signabitur visio et prophetes. ut ultra non inveniatur in
Israel et ungetur sanctus sanctorum, de quo. [illegible] [illegible] d. d. t. o. l.
[illegible] [illegible]. Et dicit. Scito et scito ego sanctus sanctorum. scito quod ab
hac die in qua tibi loquor et dico sermonem promitto quod revertatur
populus in Ierusalem, et instauretur usque ad Christum, et desolationem
templi. ebdomades numerantur lxii. et alie vii. in quibus in-
ordinem suum due res fient de quibus alibi dixi. quod revertatur
populus et reedificetur platea ancemia. et hostia. In fine autem
ebdomadarum complebitur dies sua. in angustia temporum. Christo
exitium destruetur. tolletur templumque capietur civitas. Post
vero lxii. ebdomadas occidetur Christus et non erit eius populus qui negaturus
est eum. Sed ut Hebrei dicunt. non erit eis imperium quod puta-
bant se recepturos. Et dicit de ipso ostendo et negato populo de-
ostendo civitatem et sanctuarium dissipatum sic populus
romanus, cum duce venturo vel Vaspasiano quo moriente.
Et iam ad ultimum vii. ebdomadibus. i. annis xlix. Helyus ad anni
a quo [illegible]. Sermonis tertium erit, et duc?: rebellantes in
deos [illegible] magno [illegible] pugnante debellavit et sic desolat
hostia. et sacrificium usque ad consummationem mundi continuabitur
desolatio. Post vos moveat. inveniunt hebri. sed prius numerantur
vii. ebdomades et postea lxii. et rursum una in duas partes di-
viditur. Hic et ydioma hebrei sermonis et antique consuetudinis
aut minorem numerum supponunt sed maiorem ubi ergo. Post usque
dominum nostre lingue dicimus vixit Abraham c lxxv. annos. Ille
e contrario. vixit lxxv. c. annos. Post ergo ut legitur iam adimpletur. sed
ut totus pre supputatur iam sine accipit. sic [illegible] [illegible]
illorum dicitur. quod una ebdomas dies dicitur confirmabit pactum multis
ebdomas una dividatur in Vaspasianum et adiunctum. ut in
historia Iosephi. Vaspasianum et Titum tribus annis et vi mensibus
pacem cum Iudeis fecisse. tres autem anni et vi menses sunt
a Nerone putantur. Christus tertium dico subiugat et videt eius [illegible]
sic. ita ut Iudee quoque fines expellerentur. Sic aiunt hebri.
non magno opere curamus. A primo anno Darii regis Per-

sarum. usque ad extremam eversionem Ierusalem. que sub
Adriano accidit. computantur olimpiades c lxxiiii. id est
annos. d. c. xcvi. que faciunt ebdomadas ebraicas
[illegible] et annos [illegible]. quanto tempore dux Hebreorum est in exilium
et Ierusalem usque ad solum diruta est. Sequitur. iiii

Sequitur iiii visio Danielis. quam alii sextam, quidam
dicunt esse unam. sed Iosephus et Hebreorum interpretatio
credidit esse duas. et utraque scripta erat in Daniele he-
braice. porro utramque vidit Daniel. unam quidem vi-
dit. sed aliam audivit. anno tertio regis Cyri regis
Persarum. et in eadem die eodem anno? sicut hunc modum.
primo anno Darii. Daniel intelligit mansisse lxx an-
norum captivitatis liberande omnes terminum. et dari?
et ne liberarent populum suum. datam est sententia a Deo
de licentia redeundi et hanc egressam a Deo scilicet nuntia-
vit Gabriel Danieli et extunc Darius disponebat de
libertate et licentia danda Hebreis. sed preventus morte non
adimplevit. Cyrus autem primo anno regni sui dedit
eis eandem libertatem quam Hebrei indigene et hi
vocellas?
centias. Isti autem tertio tempore necdum erant in Cal-
dea et possessiones ibi habebant. eligebant re-
manere in terra nationis sue. Pausa autem quia as-
cendere disponebant in Iudeam, pigri erant, et moro-
si. usque ad tertium annum Cyri. Quod attendens Da-
niel, vehementer affligebatur dolore quam prius, et ora-
bat Dominum ut sui prius daret regibus animum liberandi.
daret populo animum redeundi. Tertio igitur anno
regni Cyri. primo mense. prima die mensis. lugebat
Daniel trium ebdomadarum diebus. panem desidera-
bilem non comedit. carnes et vinum non gustavit.
nec usus est unguento per balneis. more Persarum.
Die autem xxiiii. dum esset iuxta fluvium Tigris
vidit et ecce vir vestitus lineis. accinctus zona au-
rea. et facies sicut fulgur. oculi ut lampades. [i. parat.] corpus
corporis eius quasi crisolitus. et bracchia. et femora.
usque ad pedes. quasi es candens. et sonus eius quasi
vox multitudinis loquentis. Porro viri qui e-
rant cum eo. terror fugerunt. et solus vidit visionem.
et cecidit in faciem suam. Sed ille erexit. et cin-
gens eum et confortans. ait. Noli metuere Daniel.
quia ex die primo mensis. quo posuisti cor tuum ut te
affligeres coram Deo tuo exaudita sunt verba tua. et
egressa est sententia a Deo de reditu populi eadem die vo-
lui venire ad te. ut nuntiarem. sed princeps
regni Persarum. restitit mihi xx. diebus et uno. Et quo-
niam expectarem. apparuit princeps Grecorum. veniet
ut adesset principi Persarum et mihi et illi [illegible]
fieri morem. Sed nunc venio, ut edicerem te de
reditu populi. et in hiis nemo est mi adiutor nisi Mi-
chael princeps Grecorum [i. i. ?] vester. Hos duos prin-
cipes. Grecorum et Persarum dicit Ieronimus esse angelos

i. seq: ad capitulum facturum
ies
ademe
dites
helya
ies
ch
ch
ch
i. angeli [illegible]

malos qui assessores sunt regnis illis ad exitium.
laborabat magis angelus persarum ne hebrei liberarentur
a dominio persarum. timens quod delectabatur affectionibus
eorum. timuit enim quia persistentes eos grauius peccaturos
laborabat et angelus grecorum ut post capitiuitatem hebreorum
cum eis essent in dominio grecorum. Ergo dicunt alii eos
fuisse angelos bonos. qui satagebant. ne cito
liberarentur hebrei. ut si quid in eis adhuc erat corrigendum per
surrectionem corrigeretur. adiungit presens addidit uero illos contra
resistendo ut plures adisset principem persarum. Uerum
tamen prius annunciabo tibi quod expressum est in scriptura
ueritatis. de quibusdam aliis. quorum gessit sollici
tudinem. porro a primo anno darii orabat dani
el pro eo. ut duraret et roboraretur regnum eius. et sollici
tus erat de successoribus regni persarum. uolens eos scire
de quorum manifestatione. [rubric:] xiii. decima

Sequitur x. uisio. In qua primum inducit daniel lo
quentes sic. Ego daniel a primo anno darii medi.
stabam in consilio dei. ut confortaretur et roboraretur
ipse darius. et studium sit contemplationis. cuius tranquillitatis et
prosperitatis. et introducitur uir albo uestitus loquens ad danielem sic.
et nunc ueritatem annunciabo tibi. quod ecce adhuc tres darii
tam iustum quam tunc sunt. tres reges stabunt
in perside. cambyses. smerdes magus. darius hi
staspis. et quartus. scilicet xerses. filius darii. ditabitur opibus
crescet. et concitabit omnes aduersus regnum grecie. ex
isto legitur quod succendit athenas. et bellum nauale
egit apud salaminam. cum sophocles et euripi
des. clari habebantur. themistocles in persas fu
giens hausto sanguine tauri periit. tunc ut quod
loquebatur daniel. pertransit omnes reges usque ad
alexandrum magnum et dicit. surget uero rex fortis et
faciet quod placuit ei. et cum steterit conteretur regnum
eius. et diuidetur in iiii uentos celi. in egipto quod est
ad meridiem primus regnauit ptolomeus lagi filius.
in macedoniam. philippus qui et arideus frater alexandri
que ad occidentem syrie. et babilonie. et superioribus
locis. que sunt ad orientem. seleucus nichanor im
perauit. asie et ponto. et ceteris in eandem plagam pro
uinciis. antigonus ad septentrionem. et hi sunt ab
eo quatuor plagas dicuntur. cum autem in iudea ad aquilo
nem sit ad meridiem egiptum habet. de regno
egipti et syrie tantum. prosequitur daniel. quia sub his
afflicta est plebs dei uiolentius. Porro post alexandrum
regnauit in egiptum ptolomeus lagi filius. a quo
omnes reges egipti sunt dicti tolomei. post tolo.
philadelfus. post eum euergetes. post eum philopator.
post eum epiphanes. In syria post alexandrum regna
uit seleucus. post antiochus soter. a quo successores
antiochi dicti sunt. post antiochus theos. post antiochus galle
nicus. post antiochus magnus. post antiochus epiphanes. de hiis propheta

propheta. ut loquens ad danielem. incipiens a rege egipti
sic et confortabitur rex austri. hic est ptolomeus lagi filius adeo fortis
ut perdicam regem. epirotarum expulisset. ualuerit in
regno. et demetrio demetrio filio antigoni seleuco regni
sui partem. quam antigonus abstulerat restituit. apud phine
ciam. et regiones multas et insulas sibi subiugauit. Cui
successit ptolomeus philadelphus. qui primus ab ethiopia ad
duxit elephantos. turres ligneas illis supponens. in
quibus posuit armatos ad dimicandum. sub quo lxx. inter
pretes claruerunt. hic pugnauit contra antiochum theos re
gem syrie. hi post federati sunt. ut antiochus duxit uxorem
beronicen filiam philadelphi. et repudiata priori uxore
laudice. que cum redisset in gratiam uiri occidit ueneno
uirum et filium. quem susceperat de beronice. Callonicus uero fili
us eius. fecit regem syrie. Euergetes uero qui successit
philadelpho in ultionem. beronicis sororis. uastauit
siriam. sed audito quod principes egipti conspirauerant aduersus
eum. et rediit in egiptum. et tulit secum predam de siria
multam nimis et simulacra. Porro galleneus du
os filios reliquit. seleuchum et antiochum magnum. hic
antiochus occiso fratre suo regnauit. et congressus est rege e
gipti philopatore. uictus est. et per desertum fugiens
pene captus est. philopatori uero successit in egiptum epipha
nes cum esset iiii annorum. et tunc antiochus magnus in
festauit eum. sed principes egipti dimicabant pro puero
sub epyphane. onias sacerdos assumptis plurimis iudeorum
fugit in egiptum et accepit a rege regionem. que eliopo
leos uocabatur. et in ea extruxit templum. simile templo
iudeorum. asserens se implere uaticinium ysaie dicentis. Erit
altare domini in egipto et titulus eius in terminis eius. hic templum
permansit. annis cel. usque ad uaspasianum. qui ciuitatem ipsam que
dicebatur onio. et templum funditus euertit. porro antio
chus magnus reliquit duos filios seleucum et antiochum epi
phanem. sed epiphanes per fraudem eiecto fratre. et occiso
regnauit in syria. hinc usque de ordine historie. inter
porfirium et nostros. nulla est contentio. que sequuntur exponit
porfirius de antiocho tantum. Exposuit eum danielem.
ut infamaret eum. Nostri autem misticam exponunt de antio
cho et antichristo. quedam tamen specialiter de antiocho et quedam
de antichristo. ut illud de antiocho et comoueberis parum. et
eo et est. usque illuc. et ueniet super eum cethei et roma
ni. Antiochus enim epiphanes dedit sororem suam uxo
rem epiphani regi egipti in dolum. cuius suscepit ex
ea duos filios. tunc antiochus ingressus est egiptum. ut
quasi tutor sororem et nepotes. sed inter epulas fecit occidi
uirum sororis. et uoluit opprimere egiptum. sed egipti uiuentes
restituerunt et coronauerunt eum. sed post biennium reuersus ob
sedit alexandriam. et tunc legati romanorum missi sunt
ad egiptios liberandos. quibus federati erant. Cumque
applicuissent castris eius obuiam. antiochus et dum
tenerent in statere. duxit eis marcus publius lenas. sena

populus quoque romanus, preparate ut redderet ab iniquitate sua. Cumque ille induceret tas petere respondendi inducias, marcus circumdedit illum circulum. fecit in sabulo cum virga et ait: Senatus populusque romanus precipiunt ut non egrediaris de hoc circulo donec respondeas. Ad quem antiochus: si sic visum est senatui et populo, recedendum est, et recessit ab egipto. Similiter et quod sequitur de antiocho est intelligendum, et erit in concupiscenciis feminarum. nam maxime causa erit ob simulationem multitudinem religionis. Et autem deum in cor suo non flatum, itaque confingit. Maozim enim presidium sonat, et antiochus in ierusalem presidium posuit, et ydolum iovis. Antichristus diabolum deum, et presidem suum venerabitur. porro antichristus cum confingit id quod sequitur et figet tabernaculum suum aphedno inter maria. Aphedno interpretatur solium suum quasi sensus figet tabernaculum solii sui in ierusalem, que sita est inter mare mortuum et terrenum, et super montem inclitum et sanctum, id est montem oliveti, ponet tabernaculum, et veniet usque ad summitatem eius, id est ad locum unde dominus ascendit, et nemo auxiliabitur ei, quia audiet vox in aere dicens: morere, et statim fulminabitur. Post ea prosequitur visio de tempore antichristi, et conversionem iudeorum, et resurrectione mortuorum dicens: et veniet tempus quale non fuit, ex quo gentes esse ceperunt, et stabit michael qui stat pro filiis populi tui, et salvabuntur ex eis omnes qui scripti erunt in libro dei, et multitudo hominum qui dormiunt in pulvere terre evigilabunt. Alii in vitam eternam, alii in obprobrium, ut videant semper. Non quidem bonos hoc quia tolletur impius ne videat gloriam dei, sed ut videant obprobrium suum semper. Tu autem daniel signa librum, id est scribe misteria, sed non expone. pertransibunt plurimi et multiplex erit sciencia. Cum dixisset daniel se relinquere potius maximam exitus, et desiderabat daniel scire quanto tempore duraret persecucio antichristi, et vidit principem persarum stantem in ripa fluminis, et principem grecorum stantem in altera, et virum indutum lineis stantem in medio super aquas. et dixit ad eum: Usquequo finis horum mirabilium? et elevans ille utramque manum, iuravit per viventem eternum, quia in tempus et tempora et dimidium temporis. Et ait daniel: Domine mi, quid erit post hec? et respondens, iterum item tempus, sed per alia verba dicens: Cum ablatum fuerit iuge sacrificium, et posita fuerit abominacio in desolacionem, hoc est cum oblato altari dei, et desolato, antichristus abominabilis exhibebit se adorandum. Erunt enim dies mille. cc. xc. id est tres anni et semis. Post interitum autem eius erit pax dicens: Beatus qui expectat et pervenit usque ad dies mille. ccc. xxxv. Si diebus mille ducentis xc addantur dies xlv. fient dies mille ccc. xxxv. Itaque post mortem antichristi dabuntur lapsis xlv. dies persecucionis pro remedio addicionis super addicionis penitencie. Tu autem daniel vade ad prefinitum tempus vite tue, et requiesces in fine dierum stabis in sorte tua, id est resurges in ordine tuo.

Sequitur historia susanne, quam hebrei non habent in libro danielis, et vocant eam

De Susanna.

fabulam. Non quod infamet rem gestam esse, quia in ea falsum legitur de sacerdotibus lapidatis, quos lex adulteros censuit, et quia vos fabulantur eam scriptam esse a daniele, cum a quodam greco scripta fuerit. quod probant ex eo quod quidam illusiones verborum sunt ibi nominibus arborum videlicet apocrifi et alibi apocrifi pro prise. Tales enim illusiones verborum ad arborum nomina non inveniuntur in hebreo. In translacione quidem nostra una ex eis allusionibus, qualiscumque legitur, ut cum dixisset sacerdos sub scino, respondit daniel scindet, alludens nos scindet te medium. Expressius tamen si diceretur: sub ilice, et adderetur ilico, angelus domini scindet te. Eadem allusio est ibi ad nomen tempus, ut si diceretur: sub terebinto, et responderetur: feriat te deus. hanc eandem historiam vocat origenes fabulam in libro stromatum, id est institucionum, secundum editionem quam sub obolo et asterisco composuit. stromata enim vocavit quia per eam plenius nos instruxit. apparet autem hoc factum esse adhuc recenti captivitate, quia daniel adhuc iuvenis erat. Porro susanna uxor ioachim, pulcra erat nimis. exarserunt in eam duo iudices seniores populi illius anni, de quibus dicit dominus: Iniquitas egressa est in babilone a senioribus iudicibus. Tradunt hebrei quod mulieres in hoc decipiebant: dicebant se esse de stirpe david, et christum de semine suo nasciturum. Hii statuerunt tempus convenientem quo susannam possent invenire solam, et latuerunt per meridiem in pomerio helchie, et ingressa susanna volens lavari, id est ungi pro consuetudine terre, et misit puellas ad afferendum oleum et smigmata, id est unguenta. Et autem smigmata ad tenuum cum pasta unde faciunt mulieres decoctionem, forte ad nitorem faciei. tunc exurgentes senes ad eam dixerunt: Commiscere nobiscum. Alioquin feremus testimonium contra te adulterum. et elegit susanna incidere in manus eorum. post quam peccare in domino, et exclamavit, et accurrentes famuli erubuerunt cum audissent senes loqui. altera die statuerunt susannam in medio populi, et ponentes senes manus super caput eius, testati sunt se vidisse iuvenem, et ipsam pariter commixtos, et condempnaverunt eam ad mortem. Et exclamavit susanna voce magna ad deum. Domine scis quia innocens morior. Cumque admoveretur duceretur, suscitavit deus spiritum pueri cui nomen daniel. Non est credendum hiis qui dicunt danielem mortuum fuisse prophetam, sed tunc manifestavit deus spiritum sanctum fuisse in eo, qui prius quasi latens quiescebat, et ait daniel ad populum: Revertimini ad iudicium, quia falsum locuti sunt adversus eam. Cumque reversi essent, separavit daniel senes ab invicem, et advocans unum dixit: sub quo arbore vidisti eos colloquentes simul? Qui ait: sub scino. quem lacerat domini yrum. Et leniens eum, et advocavit alterum dixit: sub prino, et acclamavit populus in eos pro dissonanciam et interfecerunt eos, id est regi tradiderunt ad interficiendum. Et

factus est daniel magnus in omni populo a die illa et deinceps. Et rex astiages appositus est ad patres suos, et suscepit cyrus regnum eius. Et regnum persarum. Forte hic terminatur tempus quo liberata est susanna quinquagesimo anno. Fuit enim rex persarum cyrus et darius rex medorum. Vel post terminatur tempus sequentis historie que hic incipit. Et adhuc stabat regnum babilonis, et erat in babilone rex. de quo statim sequitur. Erat autem daniel conviva regis, et honoratus super omnes amicos eius. Cuius nomen reticet historia, sed creditur fuisse pater baltasar. vel ipse baltasar sub quo factum est a daniele quod legitur in fabula bel et draconis. Quam fabulam appellat hebreus, eo quod non legitur in ea. et impossibile de translatione abacuc. Et refert ieronimus quod cum dixisset ei hebreus talem translationem corporalem nusquam factam esse, respondit quidam sciolus qui erat cum eis, ezechielem translatum de caldea in iudeam. Et hic reuicit eum hebreus dicens: In visione extasim factum est, quod ezechiel translatus est in spiritu. Unde et apostolus intuitu visionis raptum se dicens: siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit. Et addidit hebreus: Fictam hanc fabulam prophetiam narrari, sicut et quedam ex iudeis etiam ferunt. De ydolo bel et draconis

Erat etiam in babilone ydolum nomine bel. Et impendebantur ei singulis diebus de simila xii. arthabe et oves xl. et vini amphore vi. Est autem arthabon apud caldeos mensura trium modiorum. Et rex babilonis adorabat illud per singulos dies, et dicebat danieli: Quare non adoras bel? Cui ille: Non colo sculptilia manufacta sed creatorem omnium deum viventem. Et ait rex: Nonne videtur tibi esse bel deus vivens? qui tanta cotidie comedit et bibit. Cui ille: Intus luteus est, et foris eneus, et nunquam comedit. Et vocavit rex sacerdotes et ait: Nisi dixeritis mihi quis comedit impensas has, moriemini. Si autem ostenderitis mihi quoniam bel comedit hec, morietur daniel. Erant autem sacerdotes lxx. exceptis mulieribus et parvulis. Et venit rex cum daniele in templum. Et dixerunt sacerdotes: Nos egredimur foras, et tu rex pone cibum et claude hostium, et signa anulo tuo. Et si inveneris mane omnia comesta a bel, moriamur, et daniel etiam. Iussitque daniel cribrare cinerem per totum pavimentum coram rege, et clausum est hostium, et signatum anulo regis. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam cum uxoribus et liberis, et consumpserunt omnia. Fecerant enim sibi cuniculos sub terra, et absconditum introitum sub mensa. Diluculo venit rex ad templum, et daniel cum eo. Invenerunt signa salua. Cumque aperuissent hostium, intuitus rex mensam vacuam, exclamavit: Magnus es bel. Et tenuit daniel regem ne ingrederetur, et ait: Animadverte vestigia pedum super pavimentum. Et irat[us]

rex apprehendit sacerdotes, et ostenderunt ei hostiola per que ingrediebantur. Et occidit eos rex, et dedit bel in manu danielis, qui subvertit eum et templum. Erat autem in eodem loco draco magnus latens in fovea, et adorabant eum babilonii. Sacerdotes autem ei habebant ydromilia, id est vasa plena aque et ex coriis mixtorum, et paraverant etiam virgis eo[s] mulcentes ut facerent sonum terribilem. Qui exeuntes venientibus ad eum exclamabat draco, exiitque ignis et fumus, nisi deus ei apparebat. Et dixit rex danieli: Non potes dicere quia iste non sit deus vivens. Et ait daniel: Da mihi potestatem et interficiam eum absque ferro et fuste. Et dedit ei. Tulit ergo daniel picem, adipem et pilos, et coxit pariter, fecitque massas, et dedit in os draconis, et suffocatus est spiritus meatus, et indignati babilonii dixerunt ad regem: Iudeus factus est rex. Et dixerunt ad regem: Trade nobis danielem, alioquin interficiemus te et domum tuam. Et compulsus tradidit eis, qui miserunt eum in lacum leonum, et erat ibi vii. diebus. In lacu erant leones vii. et dabantur eis cotidie duo corpora dampnatorum et due oves, et tunc non sunt data eis, ut devorarent danielem. Erat autem abacuc propheta in iudea, qui ferebat pulmentum messoribus, et ait angelus ad eum: Fer prandium in babilonem danieli, qui est in lacu leonum. Qui respondit: Babilonem non vidi, et lacum nescio. Et tulit eum angelus capillo capitis sui, et posuit eum super lacum, et clamavit abacuc: Daniel serve dei, tolle prandium quod misit tibi deus. Et gratias agens daniel comedit, abacuc in loco suo. Venit ergo rex die vii. ut lugeret danielem. Et videns eum sedentem in medio leonum exclamavit: Magnus es domine deus danielis, et extraxit eum de lacu. Porro illos qui perditionis eius causa fuerunt intromisit, et devorati sunt in momento coram eo.

Porro abacuc fuit De Abacuc

de tribu symeon. Hic predixit captivitatem ierusalem futuram, et advenientibus caldeis fugit in ostracinam, et erat incola in terra israel. Descendentibus vero reliquiis inde in egiptum, ipse peregrinabatur in terram suam, et sepultus est. In principio operis libri sui ait: Usquequo domine clamabo et non exaudies. Cum impii irritassent populum dei et sollarium eius, et ipse clamaret et non exaudiretur, sed in consolationem apparuit ei dominus. Calamitates eminentium nacionis futuras per nabuchodonosor longe maiores, et eundem ipsum nabuchodonosor puniendum, et id a nimie conversibus ad finem, et ostendens illi tempus adventus christi dicens: Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet et non tardabit. Et imperat ei, abiciens nabuchodonosor, plurima dicens: Ve qui potum dat amico suo mittens fel suum ut aspiciat nuditatem eius. Quod fecit nabuchodonosor sedechie. Ultimo sepsit canticum: Domine audivi et cetera. hic dum ferret pulmentum messoribus, dixit comedentibus suis: Ibo ad terram longinquam, cito redibo. Si tardavero per dies forte ferte cibum messoribus. Et cum

et posuit rex cibos ante bel.

porro angelus

tuli in babilonem. subito siquerit mellonibus. Intel-
ligit autem quod celerius esset populus a babilonia reductus.
vel patet longe post liberatam susannam id esse. Eum-
signum autem reditus dedit hiis qui erant in iudea. quod in-
sinuasset lumen in ruinis templi. ultimam quoque templi
desolationem predixit. quod gentes occidentales hanc esse fu-
turam. tunc dicitur. velamen sancta sanctorum scindetur, et duarum
columpnarum epistilia. auferentur et quo sunt nullus
agnoscet. Ipsa vero in heremo adducentur. et eos in ultimo
qui plorationem fuissent. a serpente illuminabit
dominus. sicut a principio mortuus est abadmo. Et se-
pultus est in agro suo solus. porro de daniele quidam super-
misit per redditum populi in iudeam. nescimus. definiat quam
in spelunca regali cum gloria. hic est daniel qui dedit sig-
na in montibus super babiloniam dicens. Quando pars mo-
tium a borea fumigabit. veniet finis babilone. Quando
vero videtur ignis ardebit. finis erit universe terre. Quando ad pre-
nothi aque decurrent. revertetur populus ad terram suam. quod
si sanguine fluxerit erunt homicida bekal in universa
terra.

De Ciro

Post mortem darii medi. cyrus monarchiam tenu-
it orientis. quem scitem posuit apud persas. licet regnum
medorum maius esset et honorabilius eo quod per se eum sublima-
massent in regem. Iste fuit nepos darii ex sorore.
nepos vero astiagis. vidit enim hic filiam. et vidit somnium
quod de genitalibus filie exiebat vitis. que totam occupa-
bat asiam. et accepit a coniectoribus se habiturum nepotem
ex filia. qui dominus esset asie. et ipsum deiceret a regno.
Et timens dedit filiam suam uxorem militi plebeio.
ne filius ex ea natus esset nobilis et potens. Pregnantem filiam pre-
gnantem. accivit et natum ex ea filium audiens preci-
pit archanorum suorum tradidit occidendum. qui timens regnum
transferri ad filiam. filium ipsi tradidit occidendum. et uxori re-
gis pastoribus regis tradidit exponendum in nemore. Et
cum exposuissent eum. et indicasset uxori quod in diebus
illis pepererat. supplicavit mulier. ut puerulum ei de-
ferret. ad alendum. et proprium ei exponeret. Cumque re-
disset pastor ad puerum. invenit prebentem canem ei ubera.
et a feris et avibus defendentem. Cumque attulisset eum ad
uxorem illusit ei tanquam divinitus notato. vocavit eum
quasi parvum spacacum. id est catulum. Spacos enim persice
quasi parvum sonat. Et cum esset grandiusculus. et puerulus in
tentalibus esset rex eorum et contumaces et inobedientes sibi
graviter affligebat. Et graviter ferentes patres eorum ve-
bum detulerunt ad regem de filio pastoris. Et cum
advocasset rex et argueret eum quod pueros plagasset. ille
intrepidus. ait. se ut regem fecisse. et admiratus rex est.
et quedam signa generis sui in eo deprehendens. accito
pastore secretum rei veritatem agnovit. Dimisit tamen
puerulum de nepote. imaginatus. Estimans quod verbum con-
iectorum de regno impletum esset in regno puerorum. et eidem
cui prius commiserat occidendum. commisit alendum. non
indicans tamen esse nisi pastoris filium. filius quem

illius secretarii sui. Clemacio dedit pueri ad comedendum.
et non obedierat ei eius. et post id ipsum indicavit
ei. sciens autem ut astiages totum exercitum illi secretario.
ad hostes expugnandos. Ipse vero resedit in media.
porro ille non immemor maleficii regis persuasit exer-
citui. ut spartanum regem persis sibi eligerent. et coro-
naverunt eum. cyrum. cum incepissent hec. c. d. licet
reluderet astiages. Hic est heres. Quo audito convertit astiages
darium consilium adoptavit sibi in filium. Et collecto
exercitu. congressus est adversus cirum. et fugiunt perse. Uxores
autem eorum et matres exiliente sunt ad eos. et postibus
suis sedebant. dixit ne meres et vestri matrum et renas-
ci. et pudore exercitus perse acies reverterunt in hostes.
et victus est astiages. Cirus autem magis exhibuit. se illi ne-
potem. quam victorem. Itaque regnum hircanorum concessit
ei. dario vero tanquam tributarius suus tradidit regnum me-
dorum. tamen sub certa spe restituendi ad ipsum.
Atque cum tandem legitur regnum devolutum esset ad eum.
in hoc anno regni eius primo. suscitavit deus spiritum eius ut imple-
retur verbum ieremie et dedit libertatem omnibus iudeis
qui erant in universo regno suo. et licentiam redeundi
in iudeam. et edificandi domum dei. Expletus autem fu-
it ex verbis ysaie. ante annos ducentos et x. annos septem
de ipso. dominum dicentem. christo meo ciro cuius apprehendi
dexteram. subiciam gentes et regna. ipse reedificabit
domum meam in ierusalem. Ut ergo vaticinium hanc sep-
tuum impleret. et septem liberavit et reversus est. et
dux in universum regnum suum dicens. omnia regna
terre dedit michi dominus deus celi. Credo hunc esse quem gens istius
adorat. In hac epistola orabatur iudeos. ut ascenderent in
iudeam et qui nollent ascendere. iuvarent ascendentes
in se vestibus et minimis. Porro clarissimi iudeorum ha-
bitabant in babilonia. id est terra babilonis. civitate. Ba-
bilon enim proprie nomen est civitatis. Babilonia nomen
regionis. licet unum pro alio sepe legatur. Inter eos
neemias natus in caldea. et prophetabat. hic hinc. dixit
salathiel. filio. vocavit eum zorobabel. quod interpretatur.
magister babilonis. c. d. hic erit magister captiuita-
tis babilonie. ad hoc propheta exortabatur. Primi autem fuerunt
enim viri iuda. ut ascenderent in ierusalem. Preterea vero tri-
bus beniamin et levite. Propter hoc dicitur iudei. A iuda enim
nominati sunt iudei. Sed enim nostri plures fuerunt
esse. Super turrim babel. legitur quod adodum. qui cogno-
minatus est iudas. unde dicti sunt iudei. Alibi quod a iuda
filio iacob. porro ascenderunt in iudeam alios her-
tabant. sed paucos invenerunt qui assentirent
eis. et precipue tunc in exhortatione eius in mapam.
tres annos compleverunt. Igitur primo anno cyri.
exilii sunt sub zorobabel duce et ihesu magno
sacerdote. adornantibus eos zacharia propheta. et aggeo
iuvene. sed nondum propheta. Erant autem duo. et hu-
iusmodi de iudeis. quinquaginta et ccc. lx. Reliquum vero
erant servi et ancille. et homines gentis promiscui.

Sepultus est

filia. porro astiages ... darium ... adoptavit ... darius filius ... nepos darii.

pro ubi

detecti

scilicet multa loca in quibus legitur de turre babel.
v alibi g. a iuda machabeo.

te inuenit, et cum eius prima uxor dicit. Et .l. et .ii. uiri que post ioseph refugerunt. quorum nomina non legi. Alij dimiserunt quidam cum eis. dicentes se esse de gente sacerdotum. Cumque quererent scriptum genealogie sue: et non inuenirent recepti sunt in israel. Et eiecti a sacerdotio recessi sunt in ierusalem et in ciuitates suas. *De anno lxx.*

Hic est annus .lxx. relaxationis captiuitatis, quem porphyrius ieremie. statim et ieronimus primum annum cyri dicit fuisse. Unde dicit: Jam ergo anni erant .lxx. cui consonat iosephus dicens. primo anno imperii cyri. lxx. completus est annus, ex quo populus de terra sua in babilonem transmigrauit, et seruierunt regi et filiis eius donec imperaret rex persarum et compleretur sermo ieremie. et celebraret terra sabbata sua. Usque dum complerentur lxx. anni. De eodem meminit daniel anno primo darii. et intellexi numerum annorum ut complerentur desolationis ierusalem. lxx. anni. Id ipsum plane prodidit ieremias in epistola quam direxit ad transmigrationem. Cum cepero, inquit, impleri .lxx. annos uisitabo et reducam uos ad locum istum. Aliquibus uidetur uelle ieremiam quod ante excidium babilonis completi essent. ubi ait. seruient omnes gentes iste regi babilonis .lxx. annis. Cumque completi fuerint anni lxx. uisitabo super regem babilonis et super gentem illam iniquitatem eorum dicit dominus. et ponam eam in solitudines sempiternas. Ex hoc autem uidentur uelle iudei ut supra diximus cultasse balthasar, et quia uiuum fecisse. Hoc autem loquitur ieremias de lxx. annis non captiuitatis sed iniquitatis nabuchodonosor. ex quo cepit opprimere finitimas nationes. Huic opinioni attestatur affricanus, agens de ebdomadibus. et xx. anno regnauit artaxerxes dicens. Eo tempore regni persarum .c.xv. anni fuerunt euoluti. captiuitatis autem ierusalem clxxxv. Eusebius tamen in libro temporum uidetur obloqui predictis. secundum annum darii filii aspidis dicens fuisse lxx. secundum autem zacharie. qui secundo anno darii scribens audiuit angelum stantem inter mirtos dicentem. Domine exercituum usquequo non misereberis ierusalem et urbium iuda, quibus iratus es. Iste iam lxx. anni et post pauca. Cum ieiunaretis per hos lxx. annos. numquid ieiunium ieiunastis mihi. Huic quoque consonat clemens in primo stromate dicens. et perseuerauit captiuitas annis lxx. usque ad secundum annum darii filii histaspis. Videtur quod eusebius distinguere inter lxx. annos captiuitatis. et lxx. annos desolationis templi. dicens non nullos usque in annum xx. darii. colligere omne tempus captiuitatis annis lxx. a tertio anno ioachim filii iosie. porro secundum alios ab anno .xiii. iosie usque ad primum annum cyri. colligunt annis captiuitatis. lxx. desolationis uero templi, sub dario rege completos annos lxx. Huic opinioni consonat glosa ieronimi super ezechielem, ubi agitur de comminatione super iacob dextrum. dicens quod primo anno cyri laxauit annum desolationis templi .xxx. Porro secundum opinionem de anno lxx. magis certum est et plenius auctoritatibus scripture. Sola zacharie autem nos mouet. sicut iam lxx. anni sunt, et forte iam determinari post uel iam incipiat de preterito. ac si diceret. lxx. anni ubi nos et famos iam diu: scilicet dumque in zacharia. lxx. anni non captiuitatis sed desertionis. que secundum hebreos incipiunt anno xxv. anni cyri monarchiam. *De reedificatione templi.*

Porro in anno regressionis in iudeam congregatus est populus quasi uir unus in ierusalem, et edificauerunt altare. collocauerunt illud super bases suas, et obtulerunt super illud holocausta domino mane et uespere. fecerunt quoque solempnitatem tabernaculorum .uii. diebus. Unde non fuerunt igne necessarium, nec ex necessitate calculis altaris. excisserunt illum. Anno autem secundo uenientes secundo iecerunt fundamenta templi. Quod audientes samaritae uenerunt ad eos, et dixerunt. Edificemus uobiscum. quia ita ut uos querimus deum uestrum. Et responderunt duces israel. Non est uobis et nobis adorare dominum, sed non ei domum edificare. Hoc enim nobis rex cyrus precepit. Cumque appulissent fundamenta super terram, eleuauit populus uocem in iubilatione. porro quidam seniorum qui uiderant templum prius. eiulabant uoce magna. nec poterat quisque cognoscere uocem clamantium. porro samarite indignati impediebant manus eorum. Cumque per se impedire non possent, dederunt munera principibus regis persarum. qui erant positi super terram. qui pecunia corrupti uendiderunt eis negligentiam edificationis. cyro tamen ignorante, et adeo impedierunt iudeos quasi usque in xxx. annis. in quibus ei regnauit. Et erexit muros templi. non usque ad appodiationem. porro cyrus cum passissus est cresum. iuxta fluuium alyn gentem lidorum bello tamiris. astute seduxit in socordiam. Tradidit enim eis solempnitatem et ludos. sapiens ut lusibus et mensarum deliciis et amplexibus uacarent, quos ante bona glenaciam et eos ostenderet. et in hunc modum eos aduiauit. et quos bello non poterat per libidinem expugnauit. Postea uero circa fluuium araxem a regina massagetarum thamari. uictus et occisus est. quod caput eius postea in utrem plenum sanguine humano proiecit insultando dixit. Satia te sanguine quem sitisti. In diebus cyri .uii. rex romanorum tarquinius superbus qui cum tarquinio minori filio suo. qui lucretiam oppressit. a regno est expulsus. Hic genera tormentorum excogitauit, iniuria. taureas. fidicos. lautumias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla.

Mortuo cyro successit ei filius *De Cambise* suus. cambises, qui apud hebreos artaxerxes alterius dicitur. In historia uero iudithe uocatur nabuchodonosor. Tunc principes terre qui impediebant hebreos. scilicet reubeselem. quem iosephus dicit scriptorem. omnium accidentium. et alii qui iudicabant. syriam et phenicem. et omnes regiones ultra eufraten. scripserunt cambise. quod iudei reedificarent ierusalem urbem pessimam. et semper regibus persarum rebellem.

De captiuitate cyri regni persarum, solanus, .ii. ... .i. persicus.

Nota que ... ... lege.

Sed ... ... usque ... ... cyri.

.i. non dabat ...

.i. pigeria.

laos ... ... gelli de ...

altiori.

Et templum ad similitudinem eius, quae ob rebellationem prius destructa fuerant. Quibus reedificans statim negavit tributum et ammonitas, nec est passus reges Chaldeae in Syriam. Hoc dicebant se ignominiosare et quasi memores erant salis quod in palatio comederant, consulentes ut inhiberet Hebraeis reedificationem. Quibus acquiescens Cambyses potenter inhibuit eam per epistolas. Tunc intermissum est opus dei in Ierusalem usque ad secundum annum Darii. Porro in Cambyse fit quod in historia Iudith scribitur.

de Iudith

Hanc historiam Iudith, ut dicit Ieronimus, ad petitionem Paulae et Eustochii de Chaldeo in Latinum transtulit. Hic liber apud Hebraeos inter historias computatur et inter apocrypha, quod dicit Ieronimus in prologo, qui sic incipit: Apud Hebraeos et cetera. Si ergo in prologo suo Iudith alicubi legitur inter apocrypha, vitium est scriptoris, quod facile contextu deprehenditur. Quem librum Synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum recepit. Transtulit autem eum propter varias et corruptas editiones, magis sensum ex sensu quam verbum ex verbo sequens. Mortuo autem Cyro quidam Arphaxat medus in Ecbatanis surrexit et reparavit et munivit eam inexpugnabilibus, quandam post mediae et Chaldaeis, ut tandem totius mediae imperaret. Nabuchodonosor vero rex Assyriorum qui regnabat in Ninive anno duodecimo regni sui obtinuit Arphaxat in campo Ragau, qui est inter Euphraten et Tigrin. Hic est Cambyses. Cui pater adhuc vivens Ninivem et regnum Assyriorum concessit, et Nabuchodonosor cognominavit. Hic mortuo patre xii regni agebat annum. Statim in regno monarchiae non nisi viii annis regnavit. Ut postquam hic monarchiam, exaltatum est cor eius et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia et Damasco et Libano et Carmelo, Galilaea et Samaria et usque Ierusalem, exigens ab eis tributum. longe gentes... qui omnes uno animo contradixerunt. Iratus rex iuravit per thronum suum quod defenderet se de omnibus his. Tertio decimo anno regni sui praecepit Holoferni principi militiae ut egrederetur ad regiones illas et nulli homini vel [illegible] parceret oculus eius. Qui egressus cum exercitu et equitibus [operuerunt] faciem terrae sicut locustae, qui cum vastasset Syriam et Mesopotamiam et Madianitas, miserunt ad eum principes provinciarum dicentes: Desinat indignatio tua circa nos. Melius est nobis [vivere] et utere servitio nostro sicut placuerit tibi. Et descendit de montibus cum virtute magna et obtinuit omnes civitates et destruxit eas, et omnes deos terrae exterminavit. Sic enim praeceperat Nabuchodonosor, ut ipse solus deus diceretur ab his nationibus quae potuissent Holofernis potentia subiugari. Et audientes filii Israel timuerunt valde ne similia faceret in Ierusalem et in sanctuario dei, et miserunt in omnes terminos terrae per quos poterat iter esse in Ierusalem, et munierunt summitates montium, et humiliaverunt se coram domino ad exhortationem Eliachim sacerdotis filii Iesu filii Iosedech, vel forte alius quam ipse Iesus circuibat ad exhortationem filiorum sacerdotum in montibus. Et operuerunt sacerdotes altare domini cilicio, et ipsi in cinere et cilicio offerebant holocausta, et clamabant ad dominum. Nuntiatum est Holoferni quod filii Israel paravissent se ad resistendum et montium itinera conclusissent, et vocavit duces Ammon. Achior replicavit ei quomodo primo inventi sunt Hebraei, ille de Chaldea per Mesopotamiam in terram Chanaan. Cumque descendissent in Egyptum, reduxit eos deus eorum in terram promissam, qui cum placatus erat eis, nemo poterat eis resistere. Cumque vero irritabant eum, flagellabat eos, quia deus eorum odiens iniquitatem. Semper quando reduxerat eos in Ierusalem de servitutibus et reddidit eos, propter peccata sua non obtinebant montana haec. Et addidit Achior: Perscrutare si delictum eorum offensum est ei, et potius eos expugnare; alioquin non poterimus eis. Et iratus Holofernes dixit: Ut ostendam tibi quoniam non est deus nisi Nabuchodonosor, ex hac hora illorum gladio cadatis, ut cum illis pariter pereas. Tunc praecepit Holofernes servis suis ut ducerent eum in Bethuliam, quam quidem castrametatus fuerat. Cumque traherent eum, fundibularii egressi sunt adversus eos, et timentes ligaverunt Achior ad arborem et recesserunt. Fundibularii vero solventes eum statuerunt eum in medio seniorum et populi. Miserunt quidem de Ierusalem in Bethuliam duos sacerdotes et principem Oziam de Chabrimeo. Cumque exposuisset eis Achior quare transfuga esset ab Holoferne, ad eos recepit eum Ozias in domum suam. Sequenti autem ut invenirent Holofernes ductum aquarum quae influebant civitatem per arcus quos ebibebant aquam de alveo per latentes rivulos aquae ductus, et interrupto aquae ductu abstulit eis aquas. Erant autem non longe a muris fonticuli, quibus cives furtim utebantur ad refocillandum potius quam ad bibendum. Et dixerunt ammonitae ad Holofernem: Simul eos perimere sine bello et sanguine; appone fontibus custodes. Et apposuit, et defecit aqua de cisternis. Post xx dies clamavit populus ad eos qui venerant de Ierusalem: Iudicet dominus inter nos et vos. Melius erat nobis servire Holoferni quam sic perire. Et dixerunt sacerdotes: Sustineamus adhuc per v dies, si forte faciat misericordiam deus nostram. Erat autem in civitate Iudith vidua, tribus annis, mulier pulchra nimis, sed casta, de tribu Ruben. Quae audiens sacerdotes reprehendit eo quod tentassent dominum et terminum dierum imposuissent. Ipsis vero ait ad eos: Opus dei facturam me, quod non indicabo vobis. Stabitis hac nocte ad portas civitatis et orate nobiscum ut respiciat per manum meam. Cumque illi abissent, oravit ad dominum dicens: Domine deus patris mei Symeon qui dedisti ei gladium in alienigenas, dirige manum ancillae tuae. Hic commendatur factum Symeonis quod detestatus est Iacob. Sed rationem factam a domino per manum impleri. Cumque orasset, lavit se et unxit myrro optimo et

induit se vestimentis iocunditatis sue. et voca-
vit abram suam. i. ancillam. vel proprium nomen est
ancille. et imposuit scapulis eius ascopam vini et vas olei
et polentam et lapathas. i. cibum oleribus confectum et panem.
et caseum et profecti sunt. et admirati sunt sacerdotes pulchri-
tudinem eius. et oraverunt pro ea. Cumque descenderet mon-
tem. occurrerunt ei exploratores. et duxerunt ad
tabernaculum holo. qui statim captus est in oculis suis. Se-
debat autem holo. in conopeo. ex purpura et auro et gemmis
contexto. Hic sciendum vocabulum mutatum. dicitur conopeum a co-
nopo. i. culice. egiptii cum quo muniuntur. Alii dicunt cono-
peum quoniam instar coni a lato ascendit in acutum.
et dixerunt assirii. quis contempnit populum hebreorum?
qui tam pulchras mulieres habent. ut pro his pugnemus
merito contra eos. Cumque adorasset iudith. dixit ad eam holo.
cur placuit tibi ut ad nos venires. que ait. Quoniam ad
in predicationem ibit populus noster. Quia enim offendit
deum suum. Vasa enim domini que in vasculis inpen-
der alienigenis insuper cogitant ut bibant san-
guinem pecorum suorum. quem lex dei contingi prohibet que-
cum. nam et fame et siti iam ut mortuos compu-
tantur. et misit me dominus hoc nunciare tibi. qui dixit
mihi quod redderet populum suum et nunc veniens inducam
te usque in ierusalem et habebis omnem populum sicut oves
quibus non est pastor contra ait olofernes. Si fecerit hoc tibi deus
tuus. erit et deus meus. et in domo meo eris et tu magna
eris in domo nabuch. et fecit eam introduci ubi e-
rant thesauri eius. cumque disponeret quid daretur ei
de convivio suo. ait iudith. ex his que mecum attuli man-
ducabo. ne veniat super me ira dei. cui holo. cum
defecerint ista. quid facies tibi? que ait. Vivit anima tua
quia non expendet hec omnia ancilla tua. donec faciat
deus in manu mea hec que cogitavi. petiitque
dari nocte copiam egrediendi foras. ad orandum
deum suum. et tam per triduum noctibus exibat. et bap-
tizabat se in aquis. et orabat deum israel. Quarto
die fecit holo. cenam servis suis. et dixit ad vago
eunuchum. persuade hebree illi. ut sponte consenti-
at mihi. fedum est enim apud siros. ut mulier illudat
viro. immunis pertranseat ab eo. Et ait ad eam va-
go. Quis vetat bona puella introire ad dominum me-
um. que respondit. Que ego sum que placuerit ei erit mihi optimum
omnibus diebus vite mee. et cum honestasset se. stetit
ante faciem holo. qui iocundatus est valde bibitque vini
quantum numquam bibit in vita sua. et cum sero esset
festinaverunt servi ad hospicia sua. et erat iu-
dith sola in cubiculo. porro holo. iacebat in lecto
nimia ebrietate sopitus. dixitque iudith puelle
sue. ut staret foras et observaret. et orans cum
lacrimis dicens. Confirma me domine deus israel
et respice in hac hora ad opera manuum mearum.

et solvit pugionem de columpna. que erat ad caput
lecti et percuciens bis cervicem abscidit caput eius. et evolvit illud
a re sue. et tollens conopeum egressa est. Cumque ve-
nissent ad portam civitatis clamavit. Aperite quia no-
biscum est deus. qui fecit virtutem in israel. Occurrerunt ei
omnes a minimo usque ad maximum. cum luminaribus.
et proferens caput holo. et conopeum ait. Confitemini domino
qui viduam in manu mea. et reduxit me inma-
culatam. et vocatus achior. et viso capite holo. pre pavore
cecidit in terram. Et resumpto spiritu adoravit iudith. et
dixit ad populum. suspendite caput super murum et diluculo
facite impetum in hostes. qui cum erant prope nec domini. ibunt in
fugam. Tunc achior circumcidit carnem preputii sui. et
appositus est ad populum israel. misitque ozias nuncios per omnes
ces. i. urbes. ut insequerentur post eos. porro egressi sunt hebrei mane.
et dixerunt assyrii. Egressi sunt mures de cavernis su-
is. Cumque introisset vago ut excitaret holo. vidit ca-
daver sine capite. et ingressus tabernaculum iudith non
invenit eam. et exclamavit ad populum. Una mulier he-
brea fecit confusionem in domo nabuch. Ecce caput holo.
cum eo. et territi sunt valde fugere presidium circumcirca.
et invaserunt eos filii israel. et percusserunt eos usque
ad exterminationem finium suorum. per dies autem xxx. vix collecta
sunt spolia. alienorum. et universa que peculiariter holo. fue-
rant dederunt iudith. Ioachim autem summus pontifex ve-
nit de ierusalem. cum universis populis ad videndum eam.
et benedixerunt ei. Tunc cantavit iudith canticum domino
dicens. Incipite domino in tympanis et cetera. super hoc canticum fue-
mus. quod dicat ieronimus super psalmum. Domine deus noster quam
in hebreo legitur nomen domini geminatum sicut hic adonai dominus deus.
primus est tetragrammaton. secundus nomen domini commune. In hoc cantico
cantavit. de die iudicii dicens. dominus omnipotens in die iu-
dicii visitabit eos. et vindicabit in eos in sempi-
ternum. post hec ascendit iudith in ierusalem cum populo. et obtule-
runt domino vota. et repromissiones suas. Porro iudith u-
niversa vasa bellica. holo. et conopeum obtulit in anathema
oblivionis. et sollempnizatur omnis populus. et diem hunc
in numero sacrorum dierum recepitur. vocatur dies victorie iudith de
nabuch. et fuit iudith filia merari ruberite mel-
chiliam. ex matre sua de symeon. et fuit in viduita-
te omnibus diebus vite sue. et completis cv annis mortua
est et sepulta cum viro suo manasse. et dimisit abram
suam liberam. et planxit eam omnis populus vii diebus.
porro cambyses ingressus est egiptum. et vastavit eam.
et abhominatus religionem suam ceremonias et templa
deposuit. et edificavit babilonem in egipto. cumque rever-
teret ab egipto egrotabat. et fertur conditus regnum. et
mortuus est in damasco. [illegible]

Post cambysem regnavit de vii magis qui iudica-
verunt regnum persarum. et succedens nec regis persarum con-
tinuit. ducens pacientem filiam cambysis in uxorem.

habebo illu
repositi
ch
ad hostium
et orans
impios

simulans se non velle sibi regnare sed conservare
regnum magis fratri cambise. quia puer erat. hunc ergo
mergum cambises. cambyses prius occidit in penetralibus regni
solo isto ex mente consilio suo sacerdoti et prefacto. Cumque per
vii. menses regnum sibi moveret. extinctis illustribus est. Sed
iuvenem elegantem. forma et viribus decens. hunc esse
mergum cyri filium et cambise fratrem. sed alii occulto re
gnum. et de facili potuit fieri in perside. quia ad regem
nullus fere intrabat preter comesticos eius. unde alii de vii.
magis cepit illum habere suspectum. suspicans non esse mer
gum. hic magus inter concubinas regis filiam habebat.
qui secreto loquens cum ea monuit eam. ut de nocte
attente palparet caput eius. et deprehenderet utrum au
riculas haberet. hunc autem fratrem eius cirus quondam sibi
offensum cambyses mutilaverat auribus. Cumque pu
ella deprehendisset eum aures non habere. indicavit hoc patri.
Convocatis reliquis magis hoc indicavit. coniuraverunt in eum.
et occiderunt eum. et non regnaverunt per annum illi duo
fratres. porro vii. magi cum tractarent inter se. quis eorum
duceret filiam regis et regnaret. et eis complacuit eis.
ut tali vaticinio unus eorum eligeretur. diluculo venirent
super equos soli in atrio palacii ante fores templi. et cuius equus
prior hinnitum daret. secundum oraculum deorum rex constitueretur.
Erat unus eorum darius filius ystaspis. qui secreto loquens cum
custode equorum suorum mandavit ei. ut in loco ad quem
crastino convenirent delectaret equam suo de nocte suppo
neret equum. Quod factum cum in crastino vii. magi ad eundem
locum devenissent. statim ad eque memoriam equus
darii hinnitum edidit. et sic gratie in regem sublimatus est. et
regnavit anno xxxvi. regni persarum. Huic fami
liaris erat zorobabel. et per darii indulgentiam temptabat
animum regis mutare. sed non potuit. et tunc persua
sit dario secreto ut voveret votum deo israel. quod si
regem eum faceret. restauraret templum. et universa
vasa domini que adhuc erant penes reges persarum.
remitteret in ierusalem. De consummatione templi et aggeo.

Cum audisset itaque zorobabel hunc regnare.
fiducialiter agressus est reedificare templum. ag
geo et zacharia exhortantibus populum. qui predicabant
dominum esse offensum. eo quod habitarent in domibus laquea
tis. et domus domini esset desolata. hoc autem signum ire dei
dicebant. quod seminabant multum. et inferebant
parum. principes autem regis persarum. qui erant trans
flumen interdicebant reedificationem. Cumque respon
dissent seniores iude quod deus celi hoc eis preciperet
cui nephas esset contradicere. ut res ad darium referretur. et as
cendit zorobabel cum nuncijs principum ad regem.
et honoratus est ab eo. super quam sperabat. Et cum in cu
biculo regis excubaret. cum aliis duobus cubicu
lariis. porro darius rex cenam exhibuit satrapis

persarum et principibus indie et ethiopie et ministris. c.
xxvii. provinciarum. Ea nocte expergefactus noctem du
cebat in somnum. et proposuit questionem cubiculariis custo
dibus corporis sui. quid de tribus fortius videretur. rege. s. vino
et muliere. promittens munera et honorem ei. qui sapi
entius responderet. In crastino coram satrapis et magnati
bus. accesserunt illi tres. et ait primus. regem forti
orem esse certum. Cum enim hoc sit certius animanti
gallorum a romanis sunt cesa. apud rodum colosus
magnus terre motu corruit. De philopatore.

Post seleucum ptolomeus epiphanes. post quem ptolomeus philometor.

Post seleucum regnauit filius eius ptolomeus philo-
pator. cum quo iniit rex syrie antiochus magnus.
et iudeam sibi subiugauit. pontifex iudeorum onias
magnus simonis filius ad quem ad reparandum federa quod le-
gat fuisse inter abraham et maiores suos lacede-
moniorum rex arius legatos misit. porro antiochus tri-
butum .vii. annorum et ministrorum templi que phila-
delphus relaxauerat a iudeis reuocauit. Qui dum phi-
nicinas regiones super modum infestaret delegatus
est ad romanos et missi sunt ad eum scipio africanus
et scipio asiaticus et ab infestacione sub religione iu-
rirande amouerunt eum. Iussique ab eo ob-
sidem filium suum seleucum. quem nolens recipere ab-
sens tradidit pro eo filium minorem natu antiochum
epiphanem. ita quod esset obses perpetuus et non rediret.
Post eundem antiochum seleuciam descendit onias in
egyptum ad ptolomeum epiphanem. ut supradictum est. et oc-
cisus est in prodicione antiochi (nance) insanguine et membrorum circuitu
a sacerdotibus qui in dolo simulant ei thesauros. et
cum paucis ibi introierunt in aditum. De seleucho.

Post antiochum magnum
regnauit in syria filius eius maior seleucus
pessimus. sed inter pontifex iudeorum onias. non omni-
no consenserunt in egyptum. filius onias sumens sedit pro eo.
eius successit filius eius onias. sub hoc misit seleu-
cus tamen heliodorum in iherusalem ad spoliandum
erarium templi non uasa. sed donaria et usus templi.
eo ingresso in templum. Surrexerunt duo iuuenes
de tabulis. et occiderunt eum. Videtur tamen Iose-
phus angelos fuisse in similitudinem hominum.
in secundo libro machabeorum legitur quod apparuit eis tribus ses-
sor equi. et conculcauit eum et confractus est. et mortuus
sed non mortuus. et duo iuuenes de cingulis flagella-
bant eum. Timens quidem onias indignationem seleuci
orauit ad dominum pro defuncto. et sanatus qui re-
diens ad regem ait. Si habet dominus meus aliquem
quorum libat sanguinem mittat eos in iherusalem
ut spolient templum. Eo tempore aristobolus
nacione iudeus. peripatheticus philosophus ceperat commentarios
explanationum in moysen ptolomei philometoris. De

Antiocho epiphane.

Audiens uero antiochus epiphanes
qui rome erat obses pro patre. patrem mor-
tuum. siluit sed furtiue uenerunt. de regno sine habendo
promereri. clam romam egressus est. licet quidam dicant
eum sub contumelia (a senatu) senatorum redisse. Erat autem insa-
nus benignum omnibus et munificum exposuit. stre-
nuus erat in agendis et acer in hostes. unde et a populo
cognominatus est epiphanes quod sonat illustris. et mor-
tuo fratre regnauit pro eo. Tunc iniquitatem sibi innatam
apparuit. quam pro regno palliauerat. Tunc surrexerunt in
iherusalem filii belial. inuencionis iniqui. ut gencium.
et pecierunt ab antiocho ut liceret in iherusalem ephebiam
id est lupanar ephebiorum et quod ierosolimite scriberentur antio-
cheni. et gimnasia in quibus decertabant de turpi
gentilitate et fecerunt sibi prepucia. Non circumcidebant
paruulos suos uel quia iam prepuciatorum uiuebant. quidam
tamen nolunt quod quedam uelamina fecerunt circumci-
sionis sue ne in denudacione gentes apparerent. dissimulo.
etiam uero hec flagicia hec sunt. Onias sine liberis duos habe-
bat fratres. ihesum (uel iasonem) et iohannem. qui contendebant de ponti-
ficatu et ut placerent antiocho de faciendo gimnasio in
iherusalem et audierunt eum uiri pessimi. culpabiles ma-
xime in uiolacione sabbati et huius. dicit augustinus quod ignis
sacrificii qui per .lxx. annos babilonice captiuitatis sub
aqua inuentus est. cum antiocho uenderetur sacerdocium ia-
soni. postea antiochus amouit iasonem et eleuauit menela-
um. qui senior iasone amisit in antiochiam. Verum cum iudeis
fratris ... descendit ad regem si posset mutare ani-
mum regis. quod cum nequiret sedebat in antiochia
in asilo et ueniens post eum menelaus suasit andronico ut
occideret oniam. Qui euocans eum de asilo. occidit eum. et
iratus rex pro morte iusti andronicum exui iussit purpura et
flagellatum per ciuitatem in eodem loco fecit eum mactari
in quo ille occiderat oniam. In secundo tamen machabeorum
dicitur solus iason fuisse frater onie. et menelaus frater cuius-
dam simonis. qui inuidens onie. persuasit seleucho de templi
erario spoliando. de quo supradictum est. Porro antiochus cum pro-
fligasset egyptum in dolo ascendit in iherusalem et per diuisio-
nem ciuium ad libitum fecit in ea. et percussit multos in
iherusalem. et lugebat omnis terra. Cumque redisset in e-
gyptum et esset repulsus per nuncios romanorum post biennium
rediit in iherusalem. in furore et apparuerunt
ei portas fauentes sibi et intrauit
sanctificacionem sibi. et expoliauit templum
menelao ductore tollens uasa et lucernas
mensam et altarium. et uirum aureum. dinc
lis. quod non abstinuit. et posuit in templo ydolum iouis
olympii uel hospitalis. obtulit in sacrificiis. et prohibuit
altare uetus amouens. et similiter odere. et ydolo

[Infra sed bien- / nium uult esse / in iherusalem a retro- / rostica ... / .xl. diebus.]

operiendo

declinauerunt ... gentium adeo ut ... sibi ... menelaus ... supplicauit ...

intrauit

molare coegit iudeos. artem q; inuenit in ciuitate dd. in qua posuit presidium macedonum qui iudeis e-
rant in omnibus inhumani. nam quoscumque circumci-
disse filios suos repererunt. suspendebant. et paruulos
ad colla eorum. Videntes autem samarite iudeos. hec pati. de co-
suetudine nature sue. se non esse cognatos iudeorum fatebantur.
et quod hactenus predicauerant templum sup garizim. dei
esse maximi negauerunt. scribentes antioco misse mo-
dum. deo epiphani reges a sichimitis sidoniorum. Maiores
nostri pestes. quandam supersticionem. sabbatorum secuti sunt.
edificauerunt in garizim templum sine numine uenitque
iudeis iniquitas ad nos. et similia pacientibus nos inferunt. cum
ab inicio sidonii esse noscimur. Iube iudices tuos a uexa-
tione nostra. et templum super garizim uocari iouis pe-
rinus dedicauit. et adiudicauit anthiochus fieri peticio-
nem eorum. De machabeis.

Tunc multi iudeorum sponte. quidam timore regis
iussa secuti sunt. et preuaricatores patriis legibus adheserunt.
Erat autem de modin modico iudee uico sacerdos
nomine mathatias. filius iohannis. filius symonis. filius
samonei. de uice ioachim. i. unus illorum xxiiii. quos elegit
dauid. in eundem modum. dei zacharias de uice abia.
Erant que ei filii. v. iohannes. simon. iudas. eleazarus.
et Ionathan. quilibet suo cognomine censebatur. sed sufficiat de
iuda dicere. qui dicebatur machabeus. hii uidentes mala in
ciuitate aliisque. planxerunt. et uenerunt emissarii directi a
rege in modin. statuentes ydola in loco. quibus cogerent
iudeos immolare. et dixerunt mathathie. princeps es in
ciuitate hac. et fac iussa regis imperii. qui clamauit et
si omnes obediant regi. ego et filii mei et fratres mei obedientes le-
gi dei celi. nec sacrificabimus. tunc quidam ex iudeis immo-
lauit in medio. et surgens mathatias cum suis. trucida-
uit eum sup aram. et nuncios regis interfecit. aramque de-
ponens. clamauit. qui dei est. sequatur me. et cum omni tribu
sua exiit in solitudinem. omnia relinquens. Multi que cum
filiis et uxoribus ad solitudines confugerunt. malebant
ibi uerumtamen cruciari. quos iudices regis persequentes coge-
bant. ut eligerent quem uellent. ne eis contingeret hostibus ut-
erentur. qui noluerunt eos audire. tunc emissarii reg-
is aggressi sunt eos in diebus sabbatorum. quibus nephas erat eis
arma mouere. et prouenerunt quosdam alios in speluncis. glo-
bis fumi suffocauerunt. et perierunt ex eis. m. preter hos
et adunati sunt mathathie. et cum iudicem sibi statu-
erunt. qui docuit eos pugnare in sabbatis dicens. si semper
secundum legem seruabimus. ceteris hostibus legis. dantes eam ut pe-
reat per hoc deus. et lex cum ipso peribit. et quicumque dicat uobis pugna-
re non concedendo pugnandi. et si talis dies bella consurgant.
colligens que mathathias armatos. cum deposuit ydolorum
immolantes quos potuit interfecit. paruulos incircumcisos iussit
circumcidi. et anno uno gessit hunc magistratum. eique

succedit egrotanti. quoniam filios suos. Ego desu-
per halitum meum. commendo uobis patrias leges. ut pro
eis gratia mente mouamini. si enim corpora mortalia
sunt. horum si monimenta immortalitatis ordinem
consequentur. concordiam. et simonem pro consilium in ge-
nitis habere patrem. iudam uero pro fortitudinem ducem
in armis. et mortuus est in ea. et sepultus in modin.
et planxit eum israel planctu magno et successit pro eo
iudas machabeus filius eius. et factus est leo defendens
israel clipeo suo. De primis uite machabei.

Tunc apollonius dux samarie. in manu mag-
na congressus est contra iudam. Iudas autem percussit eum. et occidit eum
multos que cum eo. et reliqui fugerunt. tulit que spolia
multa et gladium appollonii. et erat pugnans in eo
cunctis diebus uite sue. Seron autem rex exercitus syrie. au-
diens iudam roboratum. tulit sibi de congregatis hostibus et
iudeos transgressores. et castrametatus est in betoron. et occurrit
ei iudas. et uidens suos pro ieiunium et paucitatem
trepidos. orabat eos non in multitudine. sed in pietate
et confide. et confligens cum suis. duce eorum interfecto
persequebatur fugientes in descensu montis betoron
usque in campum. et ceciderunt ex eis. dccc. uiri. reliqui
autem. reliqui fugerunt. ad maritima loca phi-
listinorum. et cecidit timor iude super gentes. Audiens hec
anthiochus. congregauit omnem partem uirtutem. et mi-
tes ab insulis uenire conduxit. eumque inmensis sti-
pendiis distribueret. uidit thesauros deficere. fore
enim omnia tributa ei reddebantur pro sedicione gentium.
et deliberauit ire in persidem. et accipere tributa
regionum et reliquit lisiam de genere regali. super
negocia regni ab eufrate. usque ad fines egipti re-
liquit. et ut nutriret anthiochum filium suum. donec re-
diret. et tradidit ei medietatem exercitus et elephantos.
precipiens ut uastaret iudeam. et euerteret ierusalem. et
genus iudeorum exstirparet. ipse uero abiit in persidem. egressus est
ab antiochia que regni sui. antiochiam nominauit.
et perambulauit superiores regiones. lisias autem elegit
ptolomeum nichanorem. et gorgiam uiros
potentes. ex amicis regis. et misit cum eis. xl. peditum
et vii. equitum. ut uenirent in terram iuda. et
applicuerunt in emaus in loco campestri. et sup-
uenerunt eis ad auxilium. et multi transfuge iu-
deorum. et negociatores quidam sperantes se iudeos
emere captiuos. Iudas uero cum exercitu uenit in mas-
phat. et hortabatur suos sperare posse in deum. dimittens
secundum legem nouiter uxoratos. et qui possessiones paulo
ante acquisierant. et assumpsit gorgias. v. milia.
et i. equites electos et ingressi sunt dum sol occubuit.
ut per noctem irruerent super iudam. Quod sentiens
iudas. statuit et ipse castra hostium latenter inuadere.

et locos plurimos in castris derelinquens, pervenit ad
campestria emaus. Georgias vero venientem in castra
iudeorum inveniens, arbitratus eos fugisse ad montes, quia
crebro eos in montibus dimicando vicerant hostibus in castris.
Judas cum tribus milibus plus vel minus utrumque
preparatum. Sicque inopinatos hostes invad-
et, multos occidit, reliquos persecutus usque iesero
et campos ydumee et azoti, et ceciderunt ex eis iii.
Judas vero dicebat suis: predam contempnite, quia adhuc
pugnandum contra gorgiam super est. Videntes autem qui cum
gorgia erant castra sua incensa, nam fumus a longe
hoc eis indicabat, terruit eos et suos in fugam iudeorum et
ipsi iam cederent. Judas vero post plenitudinem victo-
rie tulit hostium spolia multa, ad propria remeans
et laudans dominum, et adheserunt inde plurimi, et fue-
runt cum eo x milia virorum. Sequenti vero anno congregavit lisi-
as lx milia virorum, et v milia equitum, et venit in
iudeam, et occurrit eis iudas in bethoron cum x milibus et per-
cussores ... congrediens conflixit cum eis, et cecid-
erunt de exercitu lisie v milia virorum. Et attendens lisias
iudeorum audaciam, et timens ... cedem, ... eis in-
ire cum libano ... redit anthiochiam, postea
... congregans ... cum maiori apparatu redi-
ret in iudeam. De purificatione templi.

Tunc iudas et viri machabei duces pervasit iu-
das populo, ut ascenderent in ierosolimam templum
quod mundarent. Et invenientes templum desertum,
et in eo frutices pullulasse, planxerunt planctu
magno. Et eligit iudas milites qui expugnarent
eos qui arcem presidii custodiebant, dum ipse
templum a sordibus eorum diligenter emundans,
eadem die qua prius fuerat ab alienigenis pol-
lutum, introduxit vasa nova, candelabrum et
mensam, altare quoque ex auro facta, et posuit
vela in ingressu, et ianuas restauravit, et depo-
nens altare quod sumpserat antea, de lapidibus no-
vis aliud edificavit, et encenia templi xxv
die decembris, que dedicatio fuerat in preterium a-
liis duabus habitas in consuetudine, ut habetur
in evangelio: facta sunt encenia in ierosolimis,
et hiemps erat. Et obtulerunt holocausta in
novo altari, et adoleverunt in die incensa altaris, aut
celitus igne concepto, et accenderunt luminaria
multa, et dixerunt festum luminum, propter multi-
tudinem luminarium, vel quia deus tunc illu-
minaverat eos sedentes in tenebris. Et statuerunt
iudam summum sacerdotem. Facta sunt autem post tres
annos quibus templum mansit prophanatum,
et daniel predixerat, quod ccc et viii annus profu-
erat, et solempnizaverunt viii diebus sub umbra-
culis, sed ritum scenophegie, memores quod pau-

lo ante in speluncis habitaverant. Statueruntque ut per
eos per omnes dies hanc renovationem templi celebrarent
unius anni ab illo tempore, et adhuc hanc festivita-
tem celebrant. Vocantque etiam lumina, eo quod preter
spem lumen nobis religionis
apparuit. Tunc construxit iudas
muris in circuitu, et turribus
edificaverunt excelsis, custodes et eis
deputans. Sed et bethsuram munivit, ut eo pro castello
adversus hostes uterentur. Arcem tamen presidii iudas
optinuit. De placuit ...

Nota quod hic habes
festum iudeorum, per ex-
ordium quod non obiit
quia non sunt ex lege
...

Porro gentes finitime renovationem ierusalem, et vos
iudeorum ergo ferebant, et persequebantur eos quos
iudas viriliter debellabat, et percussit ydumeos plaga
magna, et pugnavit contra thimotheum ducem filiorum
amon, et fugavit eum, et vastavit iaserem, et rediit in iudeam.
Et congregate sunt gentes que erant in galaad adversus iudeos qui
erant in finibus eorum, qui fugientes in theman miserunt ad
iudam, ut ferret eis auxilium, nunciantes quod festinaret
... in locum ... fugerant. Sicque adhuc legentes epistolas,
supervenerunt nuncii a galilea indicantes congregatos eos qui
erant in pholomaide et tiro et sidone adversus iudeos. Et
ubique hostibus nunciatis, misit iudas symonem cum tribus
milibus electorum in solacium galileorum. Ipse vero cum ionatha
fratre suo viii milia ... in galaditidem, relinquens in iudea ioseph
phum et azariam duces ut servarent iudeam. Sed ne illi
hostium invicem bellum committerent. Et venit symon in
galileam, et contriti sunt gentes ab eo, et persecutus est eos usque
ad ptolomaidem, et tulit spolia eorum, et iudeos qui erant
captivos et rediit in iudeam. Judas vero et ionathas transeuntes
iordanem, ambulaverunt viam trium dierum per desertum,
et occurrerunt ei nabuthei, et susceperunt pacifice, et narrave-
runt eis que acciderant fratribus eorum in galaaditide, et quomodo munitiones
tenerent conprehensi. Judas vero prius incendit bosor, et spoliavit
et surgens nocte cum exercitu venit ad obsidendam urbem
portantes scalas et machinas ut comprehenderent munitionem,
et venit post eos cum tribus ordinibus, et insonuerunt tuba, et castra timo-
thei cognoverunt quia machabeus, et fugerunt ab eo, et cecide-
runt ex eis fere viii milia, et vastavit iudas civitatem gen-
tium in galaaditide. Post hec congregavit thimotheus exercitum a-
lium, et sedit secus torrentem. Judas vero abiit obviam illi, et
ait thimotheus principibus suis: si transierunt iudas ad nos po-
terit potius adversum nos, si vero timuerit transire et castra posuerit
extra flumen, transeamus ad eum et poterimus adversus illum. Et
transiit iudas torrentem primus post se, qui clamaverunt ne
unus remaneret, et contriti gentes remanserunt ad fanum quod
erat in carnaim. Judas vero succendit fanum cum omnibus qui
erant in eo. Tunc congregavit universos israelitas qui erant
in galaaditide et uxores et parvulos, ut venirent in terram iude.
Sicque venissent in ephron, percierunt a civibus transitum. Et nolu-
erunt eis aperire. Et expugnavit iudas ephron, et transiit per

ccc

purgaverat.

Et ea die qua destruxerunt templum, ea die revoluta, et ibi anno reedificatum.

incensi.

Cum ante

chim...

Seculum

... azaria

... ...

multi...

anthioch...

noluer...

fugiunt

eum super inimicos, et erat Iudas congregans extremos
per totam viam, et exhortans. Et cum gaudio et letitia as-
cenderunt in montem Sion, et obtulerunt holocausta, quod
nemo ex eis cecidisset. Et reversi sunt in eadem die Iudas de
Galaathide et Simon de Galilea. Interim vero dum abessent,
Ioseph et Azarias volentes sibi facere nomen, congressi sunt
cum Gorgia et fugati. Et ceciderunt de eis duo milia et magni-
ficatus est Iudas in istis quia quasi prophetiam habebat, quod predixerat
Ioseph et Azarie ne egrederentur. Et vastavit Iudas Idu-
meos et Philistiim, et pertransiens Samariam declinavit
in Azotum et combussit aras et deos eorum, et cum spoliis
rediit in Iudeam. De morte Antiochi

Cum hec fierent in Iudea, perambulabat Antio-
chus superiores regiones, et audivit civitatem Elymai-
dem in Perside opulentissimam et templum in ea locupletissimum
in quo erant velamina aurea et lorice et scuta, que reli-
querat Alexander. Et querebat predari eam sed non potuit,
quia cives fugaverunt eum ignominiose. Et nun-
ciatum est ei in via quomodo fugati erant principes eius in Iudea, et
versus in furorem, iussit agitari currum suum incessanter sine re-
missione, veniens in Ierosolimam, et faceret eam poliandrum Iudeorum.
Et statim apprehendit eum dolor viscerum, et contigit
illum cadentem de curru collidi, et manifestavit
in eo deus virtutem suam, ut qui sibi videbatur fluctibus
maris imperare et montium altitudinem in statera appen-
dere, in gestatorio portaretur. Et ebullierunt vermes de corporibus
eius et viventis, et fetore eius gravabatur exercitus. Cumque ipse
fetorem suum ferre non posset, dixit, ad cognitionem sui ve-
niens et ait: iustum est mortalem esse subditum deo. Et vo-
vebat se liberam Iudeam et pares Atheniensibus facturum. Pol-
licebatur quoque se factum Iudeum et in omni loco predicaturum dei potes-
tatem. Et desperans, scripsit epistolam hanc ad Iudeos orans ut fideliter adhe-
rerent Antiocho filio eius. Cumque gravius se pati hec propter templi
violationem intelligeret, mirum est Iosephum Polibium virum bonum
dixisse ideo perisse Antiochum quia templum Diane in Per-
side devastare voluit. Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantum
cogitavit, nullo reatu teneri hoc patet secundum opinionem Io-
sephi, quia lex cohibebat manum et non animum. Et vocavit
Antiochus Philippum collactaneum suum et constituit
eum tutorem regni, dans ei diadema, stolam et anulum
ut ferret ea ad Antiochum filium suum et poneret eum super
solium regni. Et mortuus est Antiochus peregre in montibus miseran-
biliter. Et cum accepisset Lisias, constituit Antiochum quem nu-
trierat regem et vocavit eum Eupatorem. De obsessione arcis

Tunc cogitavit Iudas ut obsideret eos qui erant in arce
in monte Sion et fecit balistas et construxerunt ma-
chinas et balistam. Tunc egressi sunt quidam de obsessis
et adiunxerunt se eis aliqui ex impiis Israel, et vene-
runt ad regem et dixerunt: Quousque non vindicas
nos, qui decrevimus servire patri tuo, et ecce Iudas ob-
sessos tenet et tollit nobis hereditates nostras. Et iratus est rex, et convo-
cavit amicos suos et collegit exercitum. Sed et de regnis aliis vene-
runt ad eum conducticii, et erant centum milia peditum et xx
milia equitum et elephanti xxxii. Et applicuit ad Bethsura
ut expugnaret eam. Et recessit Iudas ab arce et amo-
vit castra contra castra regis. Et ordinavit rex diluculo ex-
ercitum, et ostenderunt elephantis sanguinem uve
et mori ad acuendum eos in prelium. Et diviserunt singulis
elephantis ad custodiam mille pedites [illegible] loricatos
et equites quingentos. Et turres lignee [illegible] erant super sin-
gulos, et in eis xxxii viri de [illegible] super pugnantes
intus, magister bestie. Et distribuit [illegible] exercitum regis
super in montes, alios per loca [illegible] humilia. Et res-
plenduit sol in clipeos aureos et resplenduerunt
montes ab eis. Et accessit Iudas in prelium cum suis et
ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar
[illegible] unam de bestiis excelsiorem ceteris et ar-
bitratus regem esse in ea, cucurrit per hostes et subiit elephan-
tum, et occidit eum et cum bestia, et cadens elephans op-
pressit eum. Tunc diverterunt Iudei a prelio. Et ascendit rex
contra eos et cepit Bethsuram posuitque custodias in ea. Obse-
dit Ierusalem et statuit illic balistas et machinas et
ignis iacula et scorpios ad mittendas sagittas et
fundibula. Esce autem non erant in urbe eo quod sep-
timus annus esset, et consumpti sunt plures. Tunc audivit Lisias
quod Philippus rediens a Perside, et querebat suscipe-
re regni negotia, et suggessit regi dicens: Deficimus co-
tidie et esca nobis modica est et munitus locus quem obsi-
demus, et incumbit nobis cadere de regno. Demus
igitur dextras hominibus istis, statuentes ut ambulent
in legibus suis. Et fecerunt nobiscum et cum pacem iura-
vit rex et principes eius, et intravit montem Sion et vidit
munitionem loci, rupit iusiurandum et destruxit murum
in gyro. Et reversus Antiochiam invenit Philippum do-
minantem in ea, et vi occupavit civitatem.

Eo tempore exiit de De Demetrio et Alchimo
Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma et ascen-
dit in civitatem maritimam et regnavit ibi. Dum
adhuc puer esset, patruus eius Antiochus Epiphanes
privaverat regno, et descenderat Romam tamquam obses pro patre.
Audiens vero patruum defunctum rediit et plures rece-
perunt eum. Sed et exercitus ligavit Antiochum et Lisi-
am ut traderet eos ad eum. Qui cum accepisset dixit:
Nolite mihi ostendere faciem eorum, et occidit eos exercitus.
Et sedit Demetrius super solium. Post hec tunc venerunt
ad regem impii ex Israel, et Alchimus Aaronitis dux
eorum, qui volebat fieri sacerdos, et accusaverunt Iudam
dicentes: perdidit Iudas omnes amicos tuos et nos
dispersit de terra nostra. Mitte ergo virum cui credis qui
videat exterminium et vindicet. Et constituit rex Al-
chimum principem sacerdotum et misit cum eo exercitum
Bachidem in Iudeam. Qui misit nuntios ad Iudam.

et fecit eum cum dolo loquens de pace et non attendit
iudas sermonibus eorum. Ascenderunt autem de ipsis credentes
istis dicentes: homo sacerdos de semine aaron venit,
non decipiet nos. Et egressi sunt ad bachidem, et occidit
ex eis lx viros in una die. Secundum illud: carnem sanctorum tuorum et sanguinem eo-
rum eorum effuderunt in circuitu ierusalem, et non erat
qui sepeliret. Alii fugiunt ab eo dicentes: fidem et veritatem
et iudicium et [illegible] recessit bachides ab ierusalem,
et applicavit in [illegible] bethzeca, et multos ex eis qui
a se refugerant [illegible] occidit, et proiecit in puteum,
et commisit regionem [illegible] alchimo. Relinquens eos ad
auxilium, et ipse reversus est in antiochiam. Tunc
alchimus seducebat omnes israel, et ad libitum eorum
loquens subdidit manu valida. Confugiuntque ad eum
et fecit mala in israel plusquam gentes. Quod attendens
iudas cessavit exire in regionem, et fecit vindi-
ctam in multos desertores. Videns autem alchimus quod non
posset iudam sustinere, rediit ad regem accusans
iudam in multis. Et misit rex nichanorem, qui
cum eo fuit rome, in iudam, mandans ei con-
terere populum. Et venit nichanor in ierusalem cum exerci-
tu, et locutus est ad iudam cum dolo verbis pacificis,
et salutaverunt se invicem. Sed cum iudas intel-
lexisset insidias, exiluit et refugit ad suos. Et post hec con-
gressi sunt iuxta viam chafarsalama, et fugit
iudas in civitatem david. Et egressi sunt sacerdotes ad
nichanorem supplicantes et ostendentes holocau-
sta que offerebant pro rege, et irridens venit in
bethoron, et suscepit exercitum syrie sibi ob-
viantem. Et exiit iudas cum tribus milibus contra eum,
et commiserunt prelium tertia decima die mensis adar, et contrivit
castra nichanoris, et cecidit ipse primus, et fugit
exercitus eius armis proiectis, et congressi de castellis iudee
in circuitu persecuti sunt eos usque ad unum. Et caput
nichanoris amputaverunt, et dexteram quam superbe exten-
derat suspenderunt contra ierusalem, et linguam eius
minutatim incisam dederunt avibus ad come-
dendum, et statuerunt diem illam solempnem omnibus
annis. Et siluit terra iuda ad paucos dies.

De federe iudeorum et romanorum

Tunc audivit iudas nomen romanorum, et iniret eorum
quod faciunt in orbe, et quos volebant vel pugna-
bant regno, vel exaltabant, et tamen nemo eorum
inponebat sibi diadema neque induebatur purpura, et in omnibus istis nemo
portabat sibi diadema, sed fecerunt sibi curiam,
et cccxx consulunt agentes. Et misit roma
eupolemum filium iohannis et iasonem filium
eleazari. Qui ingressi senatum dixerunt: iu-
das machabeus et fratres eius et populus iudeorum mise-
runt nos ad vos statuere vobiscum societatem,
et ut auferatis iugum grecorum ab eis. Placuit

que sermo romanis, et scripserunt federis verba, et rescrip-
serunt in tabulis ereis miserunt in ierusalem, ut esset ibi me-
moriale in hunc modum: bene sit romanis et genti iu-
deorum in mari et in terra et pax in eternum. Quod si in-
steterit bellum romanis, auxilium feret gens
iudeorum, non accipiens stipendia a romanis. Idem ipsum
facient romani iudeis. Tunc scripserunt romani ad
demetrium: quare gravasti iugum tuum super amicos nostros
et socios iudeos? Si ergo iterum adierint nos, adiuvabimus eos
faciemus illis iudicium, et pugnabimus tecum terra
marique.

De morte iude

Iterum demetrius cum audisset quod cecidit nichanor et
sui, misit iterum in iudeam bachidem et alchimum
et dextrum cornu cum illis, et applicuerunt exerci-
tum ad ierusalem, et surgentes abierunt in beream. Et
iudas posuit castra in laisa cum tribus milibus electorum,
qui videntes multitudinem hostium timuerunt
valde, et subtraxerunt se a castris. Non remanserunt cum
iuda nisi dccc viri. Sed et iudas corde dissolutus est, nam bellum
urgebat eum nec habebat tempus congregandi. Et lo-
cuti sunt ad eum qui residui erant: non poterimus ad
eos, sed liberemus animas nostras modo ab eis, et revertamur ad fra-
tres nostros, et tunc expugnabimus adversus eos. Et respondit:
absit istam rem facere ut fugiamus ab eis, et super inde-
cenciam nostram gloriam. Nostram tamen moriamur in virtute propter fra-
tres nostros. Et congressi sunt cum hostibus, et expugnabant
cornu dextrum. Qui autem in sinistro cornu erant venerunt
eis a tergo, et ingravatum est prelium, et cecidit iudas, et ceteri
fugerunt. Simon autem et ionathas fratres eius redimentes corpus
corpus eius ab hostibus, tulerunt illud in modin, et sepelierunt eum
in sepulcro patrum suorum. Et planxit eum populus israel
planctu magno, et cessaverunt iniquitates et miseri. Et facta est fames
magna, et tradidit se bachidi omnis regio. Et elegit ba-
chides impios viros et constituit eos dominos regionis,
qui persequebantur amicos iude. Et congregati sunt amici
iude eligentes ionatam in ducem sibi.

De Jonata

Et surrexit ionatas loco
iude fratris sui, et querebat bachides eum occide-
re. Et ionatas cum suis fugit in desertum thecue, et misit
fratrem suum iohannem ad nabutheos amicos suos, ut
commendarent eis apparatum suum, qui erat copiosus.
Et exeuntes filii iambri apprehenderunt iohannem, et tulerunt
omnia que habebat. Post hec nunciatum est ionathe et symo-
ni fratri eius, quod filii iambri faciunt nuptias, et ducunt
sponsam de madaba, et texerunt eos de insidiis,
et percusserunt multos et vindicaverunt sanguinem fratris sui,
et reversi sunt ad ripam iordanis. Et audivit bachides
et venit die sabbatorum in virtute magna. Et dixit ionathas
ad suos: ecce bellum ex adverso, aqua vero iordanis
hinc et inde, et paludes et saltus, et non est locus divertendi.
Clamate ergo in celum et pugnemus. Et commissum est bel-

bellum. et ceciderunt ex parte bachidis .v. milia et re-
uersus est bachides in fugam. et reuersus est in ierusalem et e-
dificauit in iudea ciuitates munitas. et posuit custo-
diam in eis. et accepit filios principum regionis obsi-
des. et posuit eos in arce in ierusalem in custodia. Tunc
precepit alchimus destrui muros domus sancte interioris et opera
prophetarum. Tunc [illegible] cepit destruere. percussus est et paraly-
sim. et mortuus est cum tormento magno. Et
rediit bachides ad regem. et siluit terra iuda duobus
annis. postquam autem iniqui in israel reduxerunt bachi-
dem in iudeam. qui uoluit comprehendere ionatam oc-
culte. sed non potuit. nam consilium eius ionathe
qui comprehendit .l. uiros. qui insidiabantur ei et occidit
eos. et secessit ionathas cum suis in bethbessen. que est in
deserto. et firmauit eam. et ascendit bachides cum
exercitu. et obsedit bethbessen. et egressus ionatas reli-
quit simonem in ciuitate. et fecit ionatas sibi
nimium. et percutiebat per noctem multos hostium in
tabernaculis eorum. simon quoque egressus de ciuitate. succen-
dit machinas et pugnauerunt contra bachidem. et contri-
tus est ab eis. et irati sunt bachides contra uiros. qui reduxerant
eum in iudeam. et multos ex eis occidit. quod audiens
ionatas misit ad eos legatos componere pacem cum eo.
qui libenter accepit. et iurauit se nichil mali facturum io-
nathe omnibus diebus uite sue. et reddidit eis capti-
uitatem quam prius ceperat predatus in terra iuda. et rediit in
terram suam. et cessauit gladius ex israel. et sedit io-
natas in magmas. iudicans sibi populum. et exterminans
impios ex israel.

De Alexandro

Eo tempore ascendit alexander filius antiochi
epiphanes. et occupauit tolomaidam et reg-
nauit in ea. quod audiens demetrius. congregauit exer-
citum. et misit ad ionatam ut secum faceret pacem.
et non cum alexandro. insuper dedit ei potestatem
congregandi exercitum. et obsides qui erant in arce
iussit ei reddi. et uenit ionatas in ierusalem. et cepit
innouare ciuitatem. et muniuit montem syon in cir-
cuitu. et fugerunt custodes quos posuerant bachides
in iuda. tamen in bethsura aliqui remanserunt quod erat
eis ad refugium. et audiuit alexander promissa quam fecerat
demetrius ionathe et prelia. et uirtutes quas ipse fecerat.
et fecit eum sibi et scripsit ad ionatam dicens. Audiuimus
de te. quod uir potens es. et aptus ut sis amicus noster. et
nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis
tue. et ut amicus regis uoceris. et misit ei purpuram et
coronam auream. et induit se stola sancta in die so-
lempni scenophegie. et congregauit exercitum et
fecit arma copiosa. quod audiens rex demetrius
contristatus est. et misit ad ionatham in hec uerba.
Manete in amicicia mea. et nunc absoluo
omnes iudeos a tributis et pretium aris. quod est in ierusalem
eo summo sacerdoti et tertiam animam iudeorum quod est in reg-
no meo captiua relinquo liberam gratis. et quod omnes
dies solempnes sint dies immunitatis et remissi-
onis. et dies tres ante illos et tres post solempnita-
tem. et dedit ptolomaidem et fines adiacentes con-
tinentes. summo sacerdoti ad necessaria sumptus sanctorum. et
singulis annis .xv. milia siclorum argenti ad instauranda
opera sanctorum et ad innouandos muros in ierusalem. et in
iudea sumptus dabuntur de rebus regis. Ionathas autem
et populus non credidit ei. et complacuit eis in alexandro.
et seruierunt ei auxilium omnibus diebus. Tunc congrega-
uit rex alexander exercitum. et mouit castra contra demetri-
um. et fugit exercitus demetrii et cecidit demetrius in
illa die. tunc misit alexander ad tolomeum regem egypti
dicens. Da mihi filiam tuam in uxorem. et adquie-
uit eo. significans ut occurreret ei tolomaide. et ex-
iuit ptolomeus de egypto. et filia eius cleopatra. et occurrit
alexandro in ptolomaide et dedit ei uxorem. Tunc
alexander uocauit ad se ionatam. et ueniens ionatas pto-
lomaidem inuenit gratiam in conspectu duorum regum. et
uenerunt quidam pestilentes ex israel contra eum. et accus-
abant eum. sed non attendit ad eos rex. sed magnifi-
cauit ionatham. et induit eum purpura. et sedere eum
fecit inter principes amicos. Sunt autem .iiii. insignia regalia.
purpura. fibula aurea. diadema. et sceptrum. et rediit
ionathas in ierusalem cum gloria.

De tercio demetrio

Post tres annos uenit demetrius filius
demetrii a creta. hic occiso patre in prelio fugit
ad cretenses peruenit machos et tempus uerbis rediit
in maritimam plurimorum. et in syriam celes. et consti-
tuit apollonium ducem exercitus. qui prouocauit ionatam
in prelium. qui assumpsit .x. milia de ierusalem et ueni-
ens ioppen expulit apollonium. et ceperunt eam et
ibat apollonius in azotum. et insecutus est eum ionatas
et commiserunt prelium in campo. et fugerunt equites a-
pollonii in azotum. et intrauerunt phanum dagon
ut se tuerentur. et succendit ionatas ciuitatem. et
fanum. et eos qui erant in eo. et fuerunt de occi-
sis in campo. et succensis in fano fere .viii. milia et
sunt ionatas in ascalonem. et receperunt eum ascalonite
cum gloria. et rediit ionatas in ierusalem. et au-
diuit alexander rex uirtutem eius. et addidit adhuc glorificare
ionatham. et misit ei fibulam auream. que solet dari
cognatis regum. et dedit ei accaron et omnes fines
eius. et cum uicit ionatas duobus insignibus regiis.
fecit signum ergo de renouacione regni iudeorum et
ascendit alexander in insipores precelsas et egressus est rex e-
gypti sed eius in uirtute magna. et uoluit opp-
rimere regnum alexandri dolo. et aperiebant ei ciui-

catel. et occidebant eos. sic enim mandauerat alexander.
et exiens in singulis ciuitatibus relinquebat custodias.
et ut appropinquauit azoto ostenderunt ei templum dagon
succensum. et cetera demolita. et cumulos corporum qui sepul-
tabant. et dicebant. sic fecit ionathas. ut inuidiam
facerent ei. et tacuit rex. et occurrit ionathas ptolomeo in io-
pen. et salutauerunt se. et abiit ionathas cum rege.
usque ad flumen eleutherum. et rediit in ierusalem.
Rex autem ptolomeus optinuit ciuitates. usque seleuciam ma-
ritimam. misit ad demetrium dicens. Veni componamus
inter nos pactum. et dabo filiam meam. penitet enim
me. quod dedi illam alexandro. et tollens filiam su-
am. dedit eam demetrio. et recessit ab alexandro. manifeste.
et intrauit ptolomeus antiochiam. et posuit sibi duo diade-
mata egypti et asie. tunc alexander uenit contra eum in bel-
lum. et uictus a ptolomeo et fugit in arabiam ad mag-
nos gentes. cum antiocho filio suo. Rex autem arabum
timens uirtutem ptolomei occidit alexandrum. et reseruauit fi-
lium. et misit caput alexandri ptolomeo. qui gauisus est. sed sic fuit;
ut in die tertia moreretur. et regnauit demetrius in solio
patrum suorum. De magnificentia ionathe.

In diebus illis expugnauit ionathas arcem. que erat in
ierusalem et nunciauerunt hoc demetrio quidam iniqui exules.
quo irato uenit ptolomaidem. et scripsit ionathe. ne obsideret
arcem. sed occurreret sibi festinato et elegit ionathas de senioribus
israel. et dedit se periculo. et accepit aurum multum et uestes et
abiit ad regem. dans ei munera. et inuenit gratiam in conspectu
eius. et licet multi accusarent eum. magnificauit eum rex
in conspectu omnium. et statuit eum principatum sacerdotii et
quecumque habuit prius. et uidens demetrius quod siluit terra in conspectu
eo suo. dimisit exercitum in loca sua. et retinuit exerci-
tum peregrinum. et inimici erant ei omnes exercitus patrum
eius. Triphon autem erat quidam partium alexandri prius.
qui uidens quod omnis exercitus murmurabat contra demetrium. i-
uit in arabiam. ut reduceret antiochum filium alexandri.
in terram patris sui. Eo tempore dum demetrius otiatur ostensus
suus misit ad eum ionathas ut abiceret eos. qui erant in ar-
ce in ierusalem. et eos qui in presidiis erant. quia impugna-
bant israel. et rescripsit demetrius dicens. hoc. et maiora fa-
ciam tibi. cum fuerit oportunum. nunc ergo recte feceris si miseris
mihi uiros in auxilium. quia discessit exercitus meus a me. et
misit ei ionathas tria milia in antiochiam. et delectatus est rex
in aduentu eorum. et surrexerunt antiocheni. cxx milia et
uolebant interficere regem. et fugit rex in aulam. et
misit iudeos per ciuitatem. et occiderunt. c. milia hominum.
et liberauerunt regem. et ceteri residui ciuium dede-
runt arma sua regi. et fecerunt pacem et glorificati sunt
iudei. et redierunt in ierusalem. et sedit rex in solio
regni. et mentitus est omnia que dixerat ionathe.
et recessit ab eo. et uexabat eum ualde.

Eo tempore reuersus est De antiocho adolescente
triphon de arabia. reducens antiochum adolescentem. et
imposuit ei diadema. et congregati sunt ad eum exercitus. quos
disperserat demetrius. et pugnauerunt contra demetrium et fugatus est.
et optinuerunt antiochus et triphon antiochiam. et scripsit an-
tiochus adolescens ionathe dicens. Constituo te in sacerdo-
tium. et constituo te super quatuor ciuitates. ut sis de amicis re-
gis. et misit ei uasa aurea. dans ei potestatem bibendi in au-
ro. et esse in purpura et habere fibulam auream. et symonem
fratrem eius constituit ducem a terminis tyri usque ad fines e-
gypti. et exiit ionathas et perambulabat ciuitates. et uenit
ascalonam. et occurrerunt ei honorifice. et gazenses postquam rebellas-
sent ei. postea dederunt ei dextras. et accepit obsides ex eis et
misit eos in ierusalem. et perambulabat regionem usque in da-
mascum. agens regni negocia. et audiuit ionathas quod prin-
cipes demetrii qui erant in cades galilee. cum exercitu
magno uolebant eum remouere a negocio regni. et occurrit
relinquens fratrem suum simonem ante prouinciam. et fugerunt
omnes qui erant cum ionatha. preter duos. et scidit ionathas
uestimenta sua. et orauit et aggressus hostes usque ad castra
eorum qui erant in cades. et ceciderunt ex eis. iii milia. et rediit io-
nathas in ierusalem. et misit romam renouare cum eis ami-
ciciam. Spartanis quoque scripsit amiciciam. Spartiani quoque
scripsit. quod sunt lacedemonii de genere abraham dicens. patrem scripsit
nobis arius rex uester. sub onia summo sacerdote. unde et de
genere abrahe estis et fratres nostri. et fratres uolumus innouare.
et rescripserunt spartiani. pecora nostra. et possessio nostra uestra sunt.
et innouata est amicitia. et audiuit ionathas quod iterum egressi
sunt principes demetrii cum exercitu multo super quam prius. et
egressus est aduersus eos. Audierant enim quod uellent preliari
cum patribus demetrii. et posuit ibi custodes. rediit ionathas in
ierusalem. et innouauit muros in ea. et muniuit eam ual-
de. et edificauit arcem et ciuitatem. ut esset ciuitas singularis
in terra. et non emerent nec uenderent. et non indigerent be-
nis aliorum. Eo tempore cogitauit triphon occidere anthiochum
adolescentem. et imponere sibi diadema. sed timuit ionatham.
strenuum defensorem antiochi. et elegit ut eum prius occi-
deret. scripsit quoque ionathe. ut occurreret ei in bethsan et uenit ad
eum ionathas cum. xl milibus. Videns quoque triphon. quod non
posset extendere manum in eum. honorauit eum donis et
muneribus. et precepit exercitibus suis. ut obedirent ei. et mandauit
sapientibus exercitibus suis ut obedirent ei. sicut sibi. et ait io-
nathe. Vt quid uexasti populum. Elige tibi paucos et ue-
ni mecum ptolomaidem et tradam eam tibi. et reliqua presidia.
et exercitum. et uniuersos ministeriales regni. et recedo. et cre-
didit ei ionathas. et remisit exercitum in iudeam exercitum.
et retinuit. tria milia. ex quibus duo dimisit in galilea. et.
et uenit. mille cum eo. Cumque intrasset ptolomaidem
incluserunt eum ciues. et omnes qui erant cum eo interfecerunt.
Et planxit omnis terra iuda. ionatham. et timuit

occisum esse. et dixerunt gentes que erant in circuitu iuda. Non habent principem. tollamus de hominibus memoriam eorum. et congregavit tryphon exercitum. ut veniret in terram iuda. et audientes timentes quia symon ascendit in ierusalem. et aiunt simoni. Tu es dux noster loco iude et ionathe fratris tui.

De simone

Et acclamavit simon consummare muros ierusalem. et misit exercitum in ioppen. Cognoscens autem tryphon quod surrexit simon loco ionathe. misit ad eum legatos dolose dicens. pro argento quod debebat frater tuus ionathas in ratione regis. detinuimus eum. et nunc mitte argenti talenta c. et duos filios eius obsides. et remittemus eum. Cumque cognosceret simon dolum eius misit tamen argentum. et pueros ne inimicaretur populus dicens. Non redimit fratrem volens regnare. et mentitus est tryphon. et circuivit regionem ut contereret eam. et cum appropinquasset bascaman videns quod non proficeret. occidit ibi ionatham. et filios eius. et rediit in terram suam. et misit simon. et accepit ossa ionathe. et sepelivit eum in modin. et statuit piramides. vii. patri et matri, et fratribus et sibi. [ca. iii.] et circumposuit columpnas magnas. et sculpsit in eis arma. et naves in memoriam eternam. Tryphon autem cum iter faceret cum antiocho adolescente dolo occidit eum. et regnavit pro eo in asia. tunc edificavit simon presidia in iudea. et misit ad demetrium ut faceret pacem cum eo. et mittens munera. rogavit ut faceret remissionem regioni. [rescripsit] et suscepit demetrius dicens. munera suscepimus. et pacem faciemus vobiscum magnam. remittentes ignorancias. et peccata usque in hodiernum diem. et absolvimus vos ab omni censura. et ablatum est iugum gentium ab israel. et ex tunc cepit israel scribere in tabulis. et gestis publicis. annotaciones temporis. in hunc modum. Anno primo sub simone sacerdote magno. duce et principe iudeorum. tunc descendit simon in gazam. et obsedit eam. et eiecit ydolatras. et ydola de civitate. et mundavit eas. et collocavit in ea viros. qui legem facerent. et munivit eam. et fecit sibi habitaculum. et obsedit eos qui erant in arce ierusalem. et clamaverunt ad symonem. ut acciperet dextras. et dedit illis et eiecit eos. inde. et mundavit arcem a contaminationibus. et intravit in eam cum musicis instrumentis. hymnis. et ramis palmarum. statuens ut omnibus annis agerentur dies hii cum leticia. et videns symeon iohannem filium suum. quod vir esset prelii. posuit eum super [illegible] ducem. et dedit ei gazaram ad habitandum. tunc congregavit rex demetrius exercitum. et intravit mediam. ad contrahendum sibi auxilia. ut expugnaret tryphonem. Sed arsaces rex persidis et medie. misit unum de principibus suis. qui percussit castra demetrii. et comprehendit eum vivum. et posuit eum in custodia. et siluit terra iuda diebus simonis. qui fecit sibi ioppen in portum. et introitum insulis maris. et dilatavit gentis sue fines. et abstulit immundiciam. et sedit unusquisque sub vite sua. et sub ficu sua. et non erat qui eos terreret. Et misit simon ad spartanos. ad innovandam societatem. Romanis quoque misit clipeum aureum in mnarum mille. et statuerunt ei romani libertatem. et scripserunt in tabulis [ereis] ei secundum que posite sunt in titulis in monte syon.

De antiocho demetrii

Eo tempore exivit antiochus filius demetrii in terram patrum suorum. et venerunt ad eum omnes exercitus. ita ut pauci essent cum tryphone. et scripsit antiochus simoni. et genti iudeorum dicens. Statuo vobis omnia que remanserunt vobis reges ante me. et permitto vobis facere [percussuram] proprii numismatis in regione tua. Cumque obtinuero regnum. magnificabo gentem vestram et templum gloria magna. Porro tryphon fugiens antiochum. per maritimam recepit se in doram. et insecutus est eum antiochus. et obsedit civitatem. et mari et terra. Eo tempore venerunt legati romanorum scribentes regibus in oriente [et regionibus]. ne inferrent mala iudeis circa fines suos. nec opem ferrent inferentibus. et siqui pestilentes de iudeis confugerent ad eos. traderent eos simoni principi sacerdotum. ut vindicaret in eos secundum legem suam. Antiochus autem rex. obsedit doram secundo. et conclusit tryphonem. ne procederet. et misit ei simon. ii. milia virorum in auxilium. argentum et aurum. et vasa copiosa. qui noluit ea accipere. Sed fregit pactum quod fecerat cum eo. et misit ad eum athenobium. mandans ut redderet ei arcem que est in ierusalem. et ioppen. et gazaram. et ceterorum locorum quibus dominati fuerant. alioquin veniret. et expugnaret eum. et vidit athenobius in ierusalem gloriam symonis et apparatum copiosum. et affluenciam in auro et argento. et obstupuit. et ait ei simon. terram alienam non sumpsimus. Sed hereditatem patrum nostrorum. que ab inimicis nostris iniuste [aliquod tempus] detenta est. et rediit athenobius ad regem. et renunciavit ei verba simonis [et gloriam eius]. et iratus est rex ira magna. Porro tryphon fugit navigio in ortosiada. rex autem persequens tryphonem navigio in ortosiada. constituit cendebeum ducem maritimum. et reliquid ei exercitum ut expugnaret iudam. et edificavit cedron. collocans in ea milites. ut vastarent fines iudee. Quod cum [illegible] symon vocavit duos filios seniores iudam et iohannem. et ait illis. Ego et fratres mei expugnavimus hostes israel ab adolescencia usque in hunc diem. tunc autem senui. Sed estote loco meo. et pugnate pro gente vestra. Auxilium vero de celo vobiscum sit. et elegit de [illegible] xx. pugnatorum et equites. et [illegible] sunt adversus cendebeum. et erat flumen torrens inter eos. et transivit ipse primus. et transierunt post eum omnes. et insonuerunt sacris tubis. et conversus est in fugam cendebeus. et castra eius. et ceciderunt ex eis multi vulnerati. Vulneratus autem est et iudas frater iohannis. et insecutus est iohannes fugientes.

fugientes usque ad cedronem. et ceciderunt ex eis tria milia.
et redierunt filii symonis in pace. De morte simonis.

Porro ptolomeus filius abobi constitutus erat dux in
campo iericho. Erat enim gener summi sacerdotis. et ha-
bebat aurum et argentum multum. et elevatum est cor eius.
et volebat optinere regionem. et cogitabat dolos adversus
simonem et filios eius ut tolleret eos. Simon autem perambulabat
civitates regionis. gerens sollicitudinem earum. et descen-
dit in iericho cum iuda. et mathathia filiis suis. et sus-
cepit eos ptolomeus in munitiunculam quam edificavit in dolo et fecit
eis convivium magnum. et abscondit ibi viros et intra-
vit in quinum eius armatis. et occidit symonem et duos fili-
os eius. et reddidit mala pro bonis. Item et uxorem sy-
monis cum duobus filiis eius minoribus immolavit. et scrip-
sit antiocho regi. ut mitteret ei exercitum in auxilium
et traderet eis regionem et civitates et tributum. misit
et quosdam ad thimotheum ut venirent ad se. et daret eis
argentum et aurum et dona. aliosque misit occupare ierusalem et mon-
tem templi. porro alios misit in gazaram ut inter-
ficerent iohannem. sed prevenies quidam nunciavit illi. quia
facta fuerant. ipse festinavit occupare ierusalem et oc-
cidit eos qui venerant eum perdere. et factus est princeps sacer-
dotum pro patre suo. Secundus liber machabeorum.

Secundus liber machabeorum. non est historie pro-
secutio. sed pro parte recapitulatio. est enim
epistola quam scripsit iudas machabeus et senatus iudeorum.
et ierosolimitane dispersioni iudeorum que exulabant
in diversis regionibus orientis. et maxime egip-
to. in qua insinuaverunt eis duas a se solemp-
nitates noviter institutas. hortantes ut eas simi-
liter solempnizarent. quo annuatim. unam de purifica-
tione templi quam fecerunt. xxv. die mensis cas-
leu qui est decembris. post tres annos pollutionis fac-
te ab antiocho. alteram. decembris. quam insti-
tuerunt. xiii. die mensis adar. qui dicebatur vo-
ce siri[illegible] ante diem mardochei. diem quam insti-
tuerunt pro incredibili victoria quam habue-
runt de perfido nichanore. cuius caput et manum
contra templum suspensa perierunt. monentes omnium ha-
bitantes ut solempniter agerent diem scenophegie.
et diem ignis qui datus est de celo ad consumendum victimas
as oblatas in sacrificia. In hac autem epistola legitur
ieremias abscondisse archam et altare in-
census in spelunca montis phasge. in quo moyses ascen-
dit et vidit hereditatem. et accessisse quidam qui
sequebantur ieremiam. ut notarent sibi locum.
et non potuisse invenire. Quos culpans iere-
mias dixit. Ignotus erit locus. donec congreget
deus congregationem populi et propicius fiat. et tunc dominus osten-
det hec. et apparebit maiestas domini et nubes. si-
cut ideo moysi. et sicut cum salomon fecit.

in locum sanctificaretur magno deo. Quod sequitur de epiphania dixisse
ieremiam. aut de manifestatione arche. sed credamus illum fuisse ne-
que ierosolimam videre. sed ... instituisse solempnitatis re-
capitulationem. in epistola bella que fecerunt sub hostes. et triumphi
de ebullierant de patre et quoniam lubrici erant a deo in ma-
nu forti. et signis et prodigiis innumerabilibus. In hac autem recapi-
tulatione apposita sunt quedam que in primo non leguntur historia-
rum. quorum quedam iam supposuimus. superfluum videtur ea supple-
bimus. forma vero epistole hec est. Fratres qui sunt ierosolimis et in iudea sunt
et cetera. et iudas aristobolo magistro ptolomei regis qui est de genere sanctorum sacer-
dotum. et hiis qui in egipto sunt iudeis salutem. et sanitatem.
Benefaciat vobis deus et det vobis cor omnibus ut colatis eum. et faciatis
eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in precep-
tis suis. et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras. et reconci-
lietur vobis. et nunquam deserat vos in tempore malo. Hic sunt orantes
pro vobis. De magnis autem periculis a deo liberati. magnifice
gratias agimus ipsi et cetera que sequuntur. pericula vero sua liberaciones
a deo. sunt enarrare ceperunt. De morte antiochi magni
et a filio eius seleuco. Qui cum prius templum honoraret. et
de reditibus suis sumptus prestaret ad ministerium sacrificiorum.
ad suggestionem simonis de tribu beniamin. qui erat prepositus
templi. et invidebat onie. misit eliodorum ad spoliandum
Arguebat autem Herodem Iohannes propter Herodiadem. [illegible] quia secundum legem quod precepit non licebat fratris uxorem habere, fratre eo vivente. Super quo scribit Iosephus quod Herodias filia regis Arethe erat. Cum autem Philippo erant inter eos quedam simultates, in odium Philippi duxit Herodes. [illegible] vivente [illegible]. Iosephus dicit Herodiadem filiam Aristoboli, quam accepit cum fratre suo Alexandro pater eorum Herodes, et uxor erat Herodis Agrippe. Quem autem filius Herodes, tradidit Herodi filio suo uxorem. Dicit etiam alium fuisse Herodem fratrem Archelai, cui pater suscepit de filia Symonis Sadducei. Philippo autem mortuo, ei qui regnavit repulsam [illegible] Herodes nominatur Philippus, et tunc unus et idem [illegible] vocabatur Herodes, et evangelium vocat Philippum. Sed prius recepta Herodi prenupta Philippo. Herodes quem Antiochia morante habebat filiam Arethe regis Damascenorum. Et Romam iter faciens, divertens per [illegible], secreto cum uxore fratris pepigit quod in reditu suo repudiata uxore sua duceret eam in uxorem. Quod tamen non latuit uxorem ipsius, que non expectans reditum viri sui festinavit ad patrem. Herodes autem rediens abstulit Herodiadem fratri, et bellum movit Arethe, et Herodes super quo cum argueret eum Iohannes suggestione Herodiadis misit eum in carcerem. Quod cum audisset Ihesus venit et habitavit in Capharnaum in finibus Zabulon et Neptalim.

Ambulans autem ihesus iuxta mare galilee, De tercia vocatione
vidit duos fratres. symonem et andream
fratrem eius. mittentes rethe in mare. et ait illis. Venite post
me. faciam vos fieri piscatores hominum. At illi, relictis rethibus et navi
secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres.
iacobum et iohannem. reficientes retia sua. cum zebedeo patre eorum.
et vocavit eos. Illi autem relictis rethibus et patre secuti sunt
eum omnino. Et cum transisset inde ihesus. vidit matheum. qui
et levi dicitur. filius alphei sedentem ad theloneum. et ait
illi. sequere me. qui relictis omnibus, secutus est eum. Theloneum graece
vectigal dicitur. erat enim ille publicanus. id est publica negocia
ministrans. que sine peccato aut vix aut nunquam administrantur.
et nota a qualitate ordinem eorum. ne sua subtrahamus dicimus fidei.
scientie illorum et potentie alicuius. de vocatione reliquorum
evangelistarum non habemus. De capta predicatione domini et miraculis
Quod cum vidisset ihesus venit et habitavit in capharnaum.
in finibus zabulon. et neptalim. Et exinde cepit predicare
dicens. penitentiam agite. appropinquabit enim regnum
celorum. Unde et post dixerunt sacerdotes ad pilatum. Commo-
vit universam iudeam incipiens a galilea usque huc. et sic
impletum est illud ysaie. Primo tempore alleviata est terra zabu-
lon et terra neptalim. Unde et primum vocati a domino. ex-
fuerunt de finibus illis. Dicti sunt principes zabulon. et principes
neptalim. ysaias siquidem prophetavit de captivitate x. tri-
buum. que in civitatibus illis incepta est. et niccholaus tamen et de
alienatione ab honore per futura in ptolomeis ibi ad predicationem christi pro-
dixit. Et circuibat ihesus totam galileam. docens in sinago-
gis eorum et sanans omnem languorem in populo. et abiit opinio
eius in totam syriam. Est autem syria omnis regio ab eufrate usque
ad mare magnum. a capadocia usque in egiptum. continens
inter alias provincias palestinam in qua iudei habitant. Unde et
super psalmos. thabor et ermon dicuntur montes syrie.
Quandoque vero sic legitur syria. quod nullam includit partem iu-
dee. et secute sunt eum turbe multe diversarum regionum.
Quam cum vidisset ascendit in montem. De electione
Et cum sedisset vocavit ad se quos vo- xii. apostolorum
luit ipse. et fecit ut essent cum illo. xii. quos et apostolos
id est missos nominavit. Simonem. quem agnominavit
petrum. et andream fratrem eius. iacobum zebedei. et iohannem
fratrem eius. et imposuit hiis duobus nomina. boanerges.
id est filios tonitrui. quia unus eorum intonuit In principio erat
verbum. et ambo sepe etiam vocem patris audire meruerunt.
philippum et bartholomeum. thomam et matheum
publicanum. iacobum alphei et thadeum fratrem eius. qui et iu-
das cognominatur, symonem cananeum. et iudam scariothem dictum.

In hoc cathalogo nomina apostolorum combinata sunt. quia pariter po-
situntur. non solum vocatione. Notandum vero iacobus alphei frater
nuncupatur iacobo zebedei. et minor dicitur. et ille maior. cum
prerogativa sanctitatis sue. Tres sunt ab apostolis. Post ordinati
episcopi iherosolimorum et seniores alio- fuerunt. Memento
quod ad quod meliorem intendens. dicamus ... Est enim anna nata in
quod anna mortuo ioachim. de ... de zephoris civitate
... anatoth

quo susceperit mariam virginem. dataque in uxorem
est ioseph germano suo. cleophe fratri ipsius ioseph. de quo
post susceptam filiam. vocatam quoque mariam. dedit
in uxorem alpheo, unde consobrini domini. iacobus. simon.
et iudas. apostoli. et ioseph. qui et barsabas. qui et iu-
stus. cum mathia electus fuit. Et hii iiii. penitus consanguinei. dicti sunt fratres domini.
quia solum cognati. set agnati esse putabantur. quasi ex duobus fratribus ioseph et cle-
opha descendentes. Inde est etiam quod antonomasice iacobus dictus est frater domini. quia fuit consimillimus
sit. Unde eo .s. salome. susceptam quoque ex eo filiam.
sicut et alias pater vocavit mariam. et hanc duxit
zebedeus. Hinc vero ex ea filios. iacobum maiorem. et io-
hannem. qui licet prior natus maior dicitur. quia prius vo-
catus est a domino. et prius adhesit ei. quod romana sinat ecclesia.
ut singuli in ordinibus suis priores sint. prius ordinati.
Tamen dicat ieronimus. Alii enim tradunt mulieres is-
te cognominari solere nominibus virorum. ut maria ca-
conuetudine dixerunt. pro viris suis mortuis. has duas ma-
rias. nupsisse cleophe. et salome. vel priores viros
fuisse. binomios. et zebedeum. cleopham. alphe-
um salomam. De sermone domini in monte
Et elevatis oculis in discipulos. docebat eos dominus.
Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. hunc sermonem
matheus et lucas varie narrant. ob hoc quidam tradunt
dominum eum pluries fecisse discipulis. ut in supercilio montis
sedendo, dixit discipulis et turbis stando. Quod viruit. a car-
Alii vero tradunt non nisi unum sermonem naphanium est
fecisse quem dixit turbis et discipulis. Verum autem decens montis
horum sermo sit. non multum interest hoc scire. vel fecit. domini
sicut vero scire interest. an mons in quo et legitur autem
hic factus sit. thabor. an alius mons in galilea. Ser-
mones quoque a domino ad discipulos factos legimus in matheo.
luca iohanne etiam. De oratione dominica.
Hunc sermoni interseruit dominus orationem do-
minicam. que ordo preter hec. prima est capitis benivolentie.
Quam sequuntur. vii. petitiones. et dirigit ad deum patrem.
a quo petimus dari nobis panem nostrum. id est filium. nam et
ipse docuit nos. ad petendum a patre in nomine suo. tres
prime petitiones spectant ad futuram vitam. Sic sanctificetur
id est firmetur in nobis nomen tuum. In hoc enim cum nobile
est nomen patris in filios. quia et iudeus quoque sunt filii dei
quibus non. Quod quia et possibilitate movendi dixit apostolus. non et
ego ipsis inveniar. In patria apparebunt filii et ir-
revocabiliter erunt dei pacificorum. Adveniat id est eadem iudicandi veni-
at regnum tuum. ut sit regnum in regno. Fiat vo-
luntas tua sicut in celo et in terra. Et sicut celestis ecclesia nichil preter velle
vel quod deus velle. ita et ista. que adhuc militat, in terra
adhereat voluntati tue. Quatuor que sequuntur ad militiam
huius vite spectant. Sic. Panem nostrum. supersubstantialem da nobis ho-
die. id est christum, qui est supersubstantialis. id est super omnes substantias. et est panis
noster in altari. Vel sunt due dictiones. per substantialem. id est da
nobis panem id est christum. super. id est pre panem substantialem. id est necessarium ad
substantiam. quasi da nobis utrumque panem. anime et corporis.

hodie id est in presenti vita panem id est christum quia apud se fidelibus et ibi super

(Fermentum)

Margin notes: de quo natus est alpheo
fratri domini. quia fuit consimillimus ... ioseph. de mortuo cleopha anna nupsit ...
id est in latere montis

...as iudam iacobi ... quia duo nomina habet. ... ex... ... vocatus ... galilee ...

lucas posuit cotidianum. quod de matheo exposuit. Ebraice
hic epiusion. ebreus sogolla. i. precipuum. vel egregium
vel peculiarem. Ob hoc forte lucas intendens matheum
dixisse sogolla. i. peculiarem. dixit cotidianum. Quasi
non intellexisset matheum. qui videtur eum dixisse sogolla. id est egregium. dixit
epiusion. Tres quod sequuntur. patent autem. hebreus in hoc
ponit. unum ex his eis ista. calem que sonat
de sorte pace. De apostolis missis ad predicandum

Cum convocasset ihesus verba hec. convocatis xii discipulis
dedit eis potestatem eiciendi spiritus immundos. et curandi
omnem infirmitatem. et misit eos predicare
regnum dei. et ait. Facti estis in via. nemine salutaveritis. i. sicut alii qui
non ex studio operandi salutem. consueverunt eam salutare.

In viam gentium ne abieritis.
nec in civitatem samaritanorum
intraveritis. Gratis accepistis, gratis date.
Nolite possidere aurum. non panem.
non duas tunicas vel superfluas.
non calciamenta. non virgam. sed
morem soleis. vel sandaliis
uti iussi sunt. vel peronibus. et
virgam ferre. quia predicare ac
capiendi necesse fuit. Ecce
ego mitto vos. sicut oves
in medio luporum. Qui
vos recipit. me recipit.

Inde est quod diaconi
sequuntur ea die rogationem.

Inde est quod diaconus
sumpto codice de
altari sub silentio
cum in claustris domum
de ambone salutare populum.
Quod cum intrat domum cui
offert pacem. non portat pulvinar. sola
ea vice. Quod alii ferunt. nec obstat quod pulvinar sit. hoc est
gloria leve. forte inde est
quod diaconus dicat. dominus vobiscum, cum legit evangelium
nisi raro.

Cum ascendisset de monte. tetigit leprosum quem iam

De curatione leprosi

solvens figuras. et sanavit eum dicens. mundare. et addidit. Vide nemini dixeris. a. d. vide
quod manifeste et plene mundatus sis. Nemini dixeris
quasi nemini habes necesse dicere. adeo res evidens est.
Sed ostende te sacerdoti. ad convincendum vel revocandum eos.
Ecce non dico tecum alios solvere legem. sanatus est
ubique predicavit.

De servo centurionis.

Cum autem intrasset capharnaum. rogavit eum
centurio pro puero suo servo vel filio. sanavit paralyticum
et ait ihesus. Veniam et curabo eum.
Venit autem potentia sanandi non corpore. Sed non sum
dignus. ut intres sub tectum meum. Sed dic tantum
verbo. et sanabitur puer meus. forte habebat
iacebat in domo. et immunda iudeis. Et secutis
se dixit ihesus. Non inveni tantam fidem in
israel. Tubam hic temporis. Nec includuntur
in nomine israel. Sequentes eum. et ad eos loquebatur. que est in hac gente. Et sanatus puer
in illa hora. et ingressus sinagogam sabbato.

docebat eos. et ibi quidam ab homine spiritu immundum
clamavit. Quid nobis et tibi ihesu nazarene. venisti ante tempus perdere nos. scio
quis sis sanctus dei. De socru Petri

Et cum venisset ihesus in domum petri. quem forte habebat in
capharnaum. pro uxore. ipse enim erat de bethsaida. ad
peticionem discipulorum. sanavit socrum petri febricitantem.

Cum autem rex iret in civitatem. que
dicitur naim. quod in galilea. suscitavit

De filio vidue

ad portam filium vidue. tangendo feretrum. et dicendo. Adolescens tibi dico.
surge. vespere facto obtulerunt ei energuminos et malehabentes. et sanavit eos. et voluit trans fretum.
Et dixit ei una scriba. Rabbi sequar te quocumque ieris. Volebat sequi dominum. ut disceret
signa facere. ad lucrum. et non admittitur a domino.
Dixit autem dominus alteri. Sequere me. qui respondit. Domine permitte me primum sepelire
patrem meum. Cui ihesus. dimitte mortuos in peccatis, sepelire suos
mortuos suos. tu vade annuncia regnum dei. Non prohibuit
dominus a sepultura. si non essent alii qui sepelirent. Et ait alter
sequar te domine. sed primum permitte me renunciare. his que
domi sunt. Cui ihesus. Nemo mittens manum ad aratrum et
respiciens retro aptus est regno dei.

Sed hic mihi a
thabor. quod non
est naim. inter
eundem ad redicem et statim
ut aiunt.

Quod eiecit demones in portum mare et.

Tunc ascendit ihesus in naviculam cum
discipulis suis. dormivit in puppi. super cervical. et orta
tempestate excitatus a discipulis imperavit ventis. et mari dixit.
Tace et obmutesce. et cessavit tempestas. Non propter errorem hereticorum. imperavit eis tamquam animantibus. qui dicunt elementa
quod omnia leguntur obedire deo. dogmatizantes omnia animata esse. sed dicuntur ei obedire inanimata. quia solo nutu
facit de his que vult. sed quia loquendi modus solet dari
in natura obediens vel inobediens incidente. De duobus

Cum autem venisset trans fretum.

ubi sunt alligati

in terra gerasenorum que est contra galileam. occurrerunt ei duo a
spectaculi seu nimis. quorum unus adoravit eum et dixit. Quid nobis
et tibi ihesu fili dei. Venisti ante tempus torquere nos. Sciebant
demones eum filium dei esse. sed suspicabantur per miracula.
et testimonio patris. Torqueri autem se dicebant. quia cogebantur cessare a lesione. Dicebat enim illis ihesus. Exi spiritus immunde. Sciebant autem in inferno se retrudendos in abyssum. Cumque dominus quereret
ei nomen suum. dixit. Ego vocor legio. non quia sic vocaretur. sed quia dedi fuisse quemlibet nomine, quia plures sumus. et rogabant
eum. ut mitteret eos in gregem porcorum. qui ibi pascebantur.
et in mente porcos. precipitavit eos in mare. Indignati
autem rogaverunt eum. ut exiret a finibus eorum. Cumque
ascendisset naviculam. sanatum licet rogaret. noluit secum
ducere. et rediit capharnaum. quam matheus vocat civitatem
suam. non originem. sed gente. quia est liber civitas.
galilee. que dicitur civitas galileorum.

Et sanavit paraliticum. autem se dicit

de paralitico

multum per tegulas. primo remittens peccata eius que

[margin:] Et ait centurio domino. Sanabitur puer. centurio. quia est solo verbo

fuerant cum illo. Et quod ob causam fit, cessante causa cessare debet. Et propter scribas et phariseos, qui putabant eum blasphemasse, dixit paralitico ut surgeret et tolleret lectum suum et surrexit et tulit et abiit. Et sic constat quod peccatis suis, quibus offendit homo, medicus in curationem egrotum primo debet mortificare cum ad penitentiam et confessionem, ne peccato manente tanquam ferro in vulnere frustra sit malagma appositum. De puteo samaritane.

Cum autem descendisset in Iudeam et iam rediret in Galileam, oportebat eum transire Samariam, id est per regionem que a capite suo dicitur Samaria. Civitas enim nomen antiquum amiserat et dicebatur Sebaste. Sed regio illud nomen retinuerat. Veniens autem usque Sichem, que corrupte Sicar vocabatur, erat enim in predio quod emit Iacob a rege Emor, quod et dedit filio suo Ioseph. Et fatigatus ex itinere sedit super puteum Iacob, qui hodie sic vocatur, fuit ex eventu quia loquitur de agno, nunc autem puteus Samaritane. Sunt qui dicunt locum illum umbilicum terre nostre habitabilis. Et singulis annis quadam die estatis meridiana hora sol descendit in aquam putei, nusquam faciens umbram, quod philosophi tradunt [...]. Io enim in Deuteronomio [...] statuit eum super excelsam terram. Iverant autem discipuli in urbem ut cibos emerent. Venit quedam mulier haurire aquam, que Domino petenti potum quasi notans eum dixit: Iudei non coutuntur Samaritanis, cognoscens ex fimbriis pallii Iudeum. Transtulerant x tribus [...] alienigenas et alios ad incolendam sibi terram. Et ob metum ferarum libros Moysi receperant et legitima terre [...], qui primo Cuthei vocati a fluvio Persarum, tunc autem Samaritani dicebantur quasi medii inter Iudeos et gentes. Quamquam tamen Iudei vocaverunt eos Iacobitas, id est supplantatores, quia etiam fratres suos qui eos contingebant supplantaverunt. Horum cibis et vasculis non utebantur Iudei. Cumque colloquendo cum Ihesu percepisset ab eo quod v viros habuerat et sextus erat adulter, ait: Video quia propheta es tu. Et statim quesivit de ipsorum determinatione que inter ipsos et Iudeos versabatur. Dicebant enim Iudei proprium locum adorandi esse Ierusalem et templum; Samaritani autem Garizim montem, in quo antiqui patres adoraverunt. Ihesus autem dixit tempus venisse in quo nec in Ierusalem nec in monte illo adorent homines, id est Deus non prefert locum loco in adorando. Veri adoratores deum in spiritu et veritate ex dilectione, quasi absque his que umbre sunt vel per timorem. Cui mulier: Scio quia Messias venit, id est in proximo ut veniat, forte et Samaritani signa eius adventus notaverunt. Messias hebraice, Christus grece, unctus latine; punice quoque Messe dicitur unge. Lingua enim punica et syra affines sunt hebree. Dicit eis Ihesus: Ego sum qui loquor tecum. Reliquid mulier ydriam et abiit in civitatem, movens cives egredi ad videndum hominem qui dixerat ei quecumque fecerat. Et dicebat: Numquid hic est Christus? Timuit asserere quod audierat et credebat. Numquid hic est Christus? Timuit asserere quod audierat et credebat, ne viri indignarentur a muliere doceri. Cumque egredientibus vocavit eos Ihesus segetes paratas ad messem, id est paratos ad credendum. Cum tamen superessent iiii menses ad messem, unde patet dictum hyemis tempore. Sed fecit hoc. Ihesus autem ad petitionem ipsorum intravit urbem et mansit ibi duos dies et multi crediderunt in eum. De filio reguli.

Venit autem iterum in Cana Galilee et erat ibi quidam regulus, id est de porticulis erat subregis, cuius filius infirmabatur, non in Cana sed in Capharnaum, et rogabat Dominum ut descenderet et curaret filium suum. Et redarguitur a Domino quia non credebat eum posse sanare nisi corporali presentia et tactu. Et ideo dum instaret illi ait Ihesus: Vade, filius tuus vivit. Et sic absens verbo sanavit eum. Descendente patre cum cognovisset filium sanatum in hora ubi dixerat, credidit ipse et domus eius tota. Credidit iste Iudeus, quia dixit ei Dominus: Nisi signa et prodigia videritis non creditis. Iudei enim signa querunt.

Et fecit ei Levi convivium. De convivio Levi.

Convivium in domo sua et discumbebant cum eo publicani qui fuerant socii Levi. Quem cum arguerent pharisei quod cum talibus edebat, ait: Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Excusavit quoque discipulos eo quod non ieiunabant, tum quia rudes erant nec debilia sustinerent, tum quia cum eis corporaliter erat, quia cum auferretur ab eis sponsus ieiunarent. Ex hoc quidam dicunt quod a Christi ascensione ieiunaverunt discipuli usque ad missionem Spiritus Sancti. Et ob hoc quidam ieiunant ab ascensione usque in Penthecosten. Nec et tunc celebrant nuptias, quia ieiunaverunt in ebdomadas ante festum sancti Iohannis. Sed neque dicunt eum nec in Actibus apostolorum legitur tunc de ieiunio eorum sed de cena. Querentibus autem phariseis signum de celo, negavit eis tanquam indignis, quia deteriores erant Ninivitis et regina austri, qui tamen nec legem Dei nec prophetas habuerunt. Et Corozaim in antiquioribus libris legitur [...]. De filia archisinagoge.

Et ecce princeps sinagoge nomine Iairus adoravit Dominum: Filia mea modo defuncta est, id est morti proxima, ut Marcus et Lucas dicunt. Veni, pone manum super eam et vivet. Et dum irent, vidit mulier emoroissa ab annis xii retro veniens tetigit fimbriam vestimenti eius et sanata est. Ambrosius in sermone de Salomone dicit hanc fuisse Martham. Et [...] Christus [...] generi humano [...] nulla subdidit, dum languidam sanguinis fluxu sanat in Martha, dum demones expellit de Maria, dum corpus redivivum spe calore contingit in Lazaro. Veniens autem in domum Iairi introduxit secum solos Petrum, Iacobum et Iohannem fratrem eius, qui erant eius secretarii, et patrem et matrem puelle. Et eiectis irridentibus eum quia dicebat: puella

Sichem nunc dicitur Neapolis, iii miliaria distans a Sebaste, in ea usque fontem fecit Ieroboam vitulos quos posuit in Dan et in Bethel, quinto anno [...] a Sichem.

ap[...] [...]

[...] cessabant ab

Ubi [...] [...] morti a [...] culpa
et mors semper [...] pena.

dormiuisset. tenens manum puelle ait. Tabita cumi.
quod sonat puella surge tibi dico. tu tibi dico, uox est deifi-
cae. et iussit illi dari ad manducandum. hoc enim est unum
experimentum uere resurrectionis. Magi enim mortuos
suscitabant. quibusdam caracteribus alligatis sub lingua
aselli et loqui eos et incedere faciunt. sed comedere ne-
quaquam possunt. De duobus cecis et surdo. et muto

Et exeuntem inde ihesum secuti sunt duo ceci cla-
mantes, fili dauid miserere nobis. Cumque uenisset do-
mum. id est ad domum suam nazareth. tetigit oculos eorum.
et aperti sunt. Cumque dixisset eis. uidete ne quis sciat.
tamen diffamauerunt illum in tota terra illa. Egressis
illis. exhibuerunt ei mutum demonium habentem. et eiecto
demone. locutus est mutus. In greco tamen melius sonat:
surdum quam mutum. De beelzebub

Cumque laudaret eum turba. pharisei dicebant.
In beelzebub principe demoniorum eicit demonia.
A belo primo nomen ydoli: uarie gentes secundum ydiomata lin-
gue sue cognominauerunt ydola sua. Babilonii dixerunt
bel. moabite beel. palestini baal. quandoque aliquid
super addebant. ut beelphegor id est deus ignominie. qui
est priapus. quandoque baalim. quod est deus sidoniorum et sonat
deus meus id est robur meum. et capud. Beelzebub etiam nostri
ydoli nomen erat. sed iudei irrisorie uocant sibi ydola
acharonitarum. sic uocabant. et sonat uir muscarum.
ob sordes immolaticii sanguinis. quem sequuntur musche.
ster; sinat. litera. d. t. l. t. u. s. b. quibus ait ihesus.
filii autem uestri in quo eiciunt? quasi dicat. Si in filiis uestris
hanc expulsionem deo datis. cur non in me idem
facitis? Erant enim de iudeis exorciste. qui per exor-
cismos salomonis demones eiciebant. maxime si
radix quedam ...re poneretur in naribus obsessi. Ait enim
iosephus se uidisse quendam. eleazarum captum et ad-
ductum ad uaspasianum dum obsideret ierusalem. qui
anulum sub cuius gemma radix erat posuit in naribus
cuiusdam obsessi et adiurauit demonem et egressus est
demon. Ut autem appareret abiectum demonem. posuit
peluim. aqua plenam. in medio et adiurauit demo-
nem. ut subuerteret peluim. et subuertit eam. quod autem
in anulis quidam includunt spiritum immundum. per quem
imperant aliis demonibus. non credit esse salomonis
inuentum. De magdalene

Hic quidam dicunt dominum uocatum in naym
a quodam pharisео in domum suam. et ibi
magdalene dimissa esse peccata. que et scandalizata; cum sit neque locus. neque tempus
quo factum sit ex euangelio habeatur. p.

Magdalum opidum est ymul. extiterat q. prius emerat dom.

De ministratio marthe

Factum est autem dum irent
et ipse intrauit in quoddam castellum

et martha excepit eum in domum suam. et ministrabat
ei. Sessio autem sororis illius audientis. dominum placuit
a domino. ministerio marthe. non quod maioris meriti sit
quia non auferetur. De questione iohannis

Iohannes cum audisset in uinculis opera christi. misit ad eum
duos de discipulis suis dicens illi. Tu es qui uenturus es
an alium expectamus? Non dubitabat iohannes qui dix-
erat. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. sed erat
adhuc discipulis eius dubitatio. misit eos ad ihesum q. d.
Ite ad eum. et ab ipso querite uos si ipse sit. Quod
hunc uenturus sit. Tamen gregorius super ezechielem uidetur uel-
le quod iohannes nesciebat utrum per se an per alium spoli-
aret infernum. q. d. precursor ut descendam ad infernum me-
um. quasi dicat. te nunciaui superis. uis ne inferis te nun-
ciem. Ihesus autem amouit dubitationem eorum. ostendens eis
certa signa. sui aduentus. et abeuntibus commendauit iohan-
nem turbis dicens. Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista.
Et est hec mulier non solum nomen sexus sed et fragilitatis.
Uerum autem senior quam aliquis fuit. et tamen sic in-
distinctum est. Hec est hanc laudem commendatio. contra eos
qui dixerunt iohannem angelum humanatum. quem dominus
dixerat esse fuisse precursorem. Ecce ego mitto angelum
meum. etc. Addidit quoque dominus. quod omnis lex et prophe-
usque ad iohannem prophetauerunt. id est intelligendum est quod
maxima pars quia iohannes prophetauit agnus. et ... (sauer)
cepit. tunc exprobrauit ciuitatibus galilee. in quibus
plurimas fecerat uirtutes. et proposuit illis chirum et sy-
donem. Redeuntibus autem quidam apostolis ad eum nunciabant
ei. que docuerant et fecerant. et dixit eis in desertum
locum. ut quiescerent pusillum. Hoc enim spacium
edendi habebant. cum turbis. De lxxii discipulis

Post hec designauit et alios. lxxii discipulos.
et mittebat eos binos ante faciem suam. Reuersi
sunt autem et lxxii cum gaudio dicentes. Domine et de-
monia subiciuntur nobis. Exultauit spiritu ihesus et dixit. Con-
fiteor tibi domine pater celi
et terre quia abscondisti hec a sapi-
entibus et reuelasti ea paruulis.
et nemo nouit patrem nisi filius.
neque filium nisi pater. Ostende-
rebat eunomii dicentis. se ple-
nam habere noticiam de patre

In eorum numero sunt
lxx uel mediores. quia lxx
et duo prophete. et lxx ante
latera. Inter discipulos
designandos. et augu-
sti. auctores. ecclesie. inuen-
iuntur.

et filio. nec excluditur utriusque connexio. Ob hoc enim
contra spiritum sanctum peccauit. et non equalem illis. dicens
non faciebat quemquam illi. De [illegible] [illegible]

Et factum est in sabbato secundo primo cum [illegible]
ihesus et discipuli eius transirent per sata. grana confricantes
manibus edebant discipuli. Hoc exponitur sic. In sabbato sabbato
primo. de quo preceptum est uniuersaliter. Uel unam de. quod dixit. In
cariis de uno per totum nos sabbato primum. hoc autem sabbatum quod

Quidam dicunt hoc factum in medio ierusalem sub regia salomonis.

Cyprianus quidam carthaginensis magus habebat demones in pixide reclusos. in archa quam uolebat mittebat ad negocia sua peragenda. Suadente porphirio adducere sanctam iustinam quam diligebat. et non potuit. Signaculo crucis se signauerat. Ubi quidem factus est christianus et passi sunt pro domino. et uirgo similiter.

p'ces dni i bethania fcm

sauer

Forte l. contra eos ampl. ... bui ei.

ad ultimum. e. h. et e. ... sabbato

i. supplem̄ in fiore le
galr. f. q. ẽ scḿ de
scdo p̄mu.

discipuli non obseruabant. ideo sic uocaui. ut significaret spi-
ale sabbatum inchoari. et legalia cessari. est enim sabbatum
spūale scdo p̄mum. Q enim p̄us erat tempore. s. temp̄
scd munere gr̃e. q corpus uersum ẽ in cauda. Vn̄ et sicut
xpm uelit appellare scdo p̄mum. nō errabit. t sunt due
cause. et dicit scdo et p̄mum tempore quia et an legem
scā p̄atres. spūalis sabbatizauerunt. et p̄ legale sabbato
medio interposito. Cum aūt dicerent pharisei quid faciunt
qd non licet sabbatis. excusabat eos dominus multis mo-
dis. uel q necessitas excusabat eos. sicut excusauit dd. et
pueros eius qui comedit panes sacerdotales. nec p̄parauit sa-
cerdotes. damnādantes t sacrificantes in sabbato. cum q
plenīt et adīte dño sabbatum uiolabant. Vel q non peccauit
iosue dum circuiuit iericho. vii. diebus. sicut hodie exerci-
tis soluit ieiunium ẽ re. Dixerunt aūt pharisei. h nō li
cet sabbatis. q alia die licebat scdm legem. vide g̃ra lege-
tis. ppinquorum. h nō more salre. flora p̄mos aplos sol
uisse et sabbatum. quos tamen recipiunt ebionite. cū
repudiunt paulum. qui legis est transgressorem.

Factum ẽ aūt in alio sabbato — *de manco*

Intrauit ihc sinagogam. et erat ibi hō manum
aridam hñs. et obseruabant eum pharisei si sabbato curaret.
Cumq; q̄sissent ab eo si liceret sabbato curare. ut responderet.
curauit languidum. conf̄irmans super frinolos. qui sabbatis
post lapsum. a fouea extrahunt. Ipsi autem colloquebantur
ad inuicem quidnam facerent ihu. Ihc aūt sciens secessit inde. et secu-
ti sunt eum multi. et curauit eos. — *de parabolis ad turbas*

Factum ẽ in diebus illis. exiit ihc in montem orare. et e-
rat pernoctans in oratione. et cum dies factus esset. uocauit
discipulos suos. sonte adhuc conuenientes. et sedebat secus ma-
re. Cumq; congregarentur turbe. ascendit in nauiculam.
docebat de ea turbam. stantem in litore. in parabolis lo-
quens eis. proposuit que eis parabolam seminantis. in
terram explicat malam. ut serentem fructum. et inimica
bonam facientem serentem fructum explicem.
scdo proposuit parabolam seminantis bonum semen. cui
immisit hō superseminans zizaniam. in q illud qd
dicitur Sinite utraq; crescere usq; messem. mire contrarium pau
lo qui ait. Auferte malum de medio uestri. h mihi cer-
tum antequam ueniat ad spicam. et solum gradus ẽ simi
litudo. et uix distingui possunt. h q̄ dicitur ẽ de am
biguis. illud pauli de manifestis. Etiam proposuit
parabolam de grano sinapis. Tertiam proposuit de fermen-
to. qd mulier abscondit. in farine satis tribus. Sa-
tum ẽ genus mensure in palestina. modium et dimidi-
um capiens. Seorsum aūt discipulis disserebat omnia.
Tunc dimissis turbis. uenit in domum. et dixerunt
ei discipuli. Edissere nobis parabolam zizaniorum.
primam et exposuerunt eis in nauim. — *de d. ad discipulos*

Cumq; exposuisset que quesierant in parabolis

loquutus ẽ eis. et proposuit parabolam de thesauro abscon-
dito in agro. pro quo emendo inuentor uendit omnia
que habet. Aliam quoq; proposuit. de inuenta. et emptione
bone margarite. Etiam quartam de sagena missa in
mari. in q dicitur. in gehenna erit fletus et stridor dentium.
in quo innuitur resurrectio corporum futura. h aūt
nomen gehenna euangelicum ẽ. et dictum ẽ a dño
inuentum. ob ignem inextinguibilem. qui erat sacrificium idoli
in ualle iuxta ierusalem. q dicitur tophet. t gehennon q — *dicebat*
terra filiorum ennon. id est hominum sic uocata. p quam ydolatre
traiciebant paruulos suos. sicut nos traicimus eos per aquam
baptismi. Ignis quoq; dicebatur thophet. nō satis no-
ta cā. uel forte quasi quodam artificio de uasibus ere. p la-
pides spongiosos. quos ex plures dicunt diaun iugiter erumpe
bat. — *de saltu domini*

Et ueniens in patriam suam docebat in sinagogis
eorum ita ut mirarentur. et dicerent. Vn̄ huic sapien
tia hec. Nonne hic ẽ fili fabri. Nonne mater eius maria. et fratres
et sorores sunt apud nos. ad nos ẽ intelligendum scdm cluni
um. qui ignorem peperisse dño. fratres de ioseph cogna-
tione. t ioseph de alia uxore. uel susceptisse. h glo-
bum eius fratres sui dicti sunt. Sicut abraham dixit ad
loth. fratres sumus. Marcus dicit dictum ab eis dñm fabrum.
credebant enim fabrum. quia ioseph fabri filium. et
paucos ibi curauit. propter incredulitatem eorum dixit. Nemo
propheta acceptus ẽ in patria sua. et repleti sunt omnes ira.
et eicientes eum extra ciuitatem. duxerunt eum usq;
ad supercilium montis. ut precipitarent eum. Ipse aūt
transiens per medium illorum ibat. Adhuc ostendit ibi locus.
qui dicitur saltus domini. p quem dominus descendens. in-
pressit se rupi. et cedens ei rupes. fecit ei locum. q la-
tebris in q adhuc uestigia rugarum uestimentorum
olim ei notantur impressa. — *de decollatione io-*

In illo tempore herodes tetracha diem natalis — *hannis*
sui celebrauit coram principibus suis. et primis galilee.
ubi puelle saltanti datum ẽ pro munere caput iohannis baptiste in disco.
Est aūt discus uas rotundum super ualde extensum. Vn̄ et
dapifer discoforus dicitur. Quandoq; mensa superior discus dicitur.
Aliquando mappa. qd mensale dicitur discus appellatur. Vn̄ et
animalia dicuntur apparuisse petro in disco. quem alibi h
b actuum apostolorum lintheum uocat. Creditur qd he-
rodes cum uxore de nece iohannis. sub tali occasione tractanda.
prius secreto tractauit. discipuli uero iohannis tulerunt corpus eius.
et cum capite sepelierunt illud. caput uero et xii. lib. hillariarum
tradit. Ductum iohannem in castello arabie. Macheronta
dictum macherunta nem. et uinctum et truncatum. Corpus uero in sebaste urbe
palestine sepultum. Corpus aūt iusti hyrcanus iuxta
herodis habitaculum. Olim et tempore iuliani apostate
gentiles quasi sepulcrum inuidentes miraculis. que fie-
bant ad eius monumentum. que rursus collecta ab eis

cremata sunt. et pulvis ventilatus. quod quidem sic narra-
tur. in iam mortuum quidam respersant vestigiis.
dum in nativitate eius ossa collecta incenderunt et
cremaverunt. dum autem colligerent ossa, quidam monachi a Ieru-
solimis iuxta latenter colligentibus, magnam eorum par-
tem tulerunt. Inter que eorum digitus quo dominum monstravit
fuisse perhibetur. quem post beata Tecla trans alpes attulit.
et dicitur esse in ecclesia Maurianensi. Tulerunt que ossa ad Philippum
Ierosolimitanum episcopum, nomine. qui misit ea per Iulianum diaconum
Athanasio Alexandrine episcopo. quibus post Theophilus urbis ei-
dem episcopus, reposuit in templo Serapis a sordibus purga-
to, basilicam que in honore beati Iohannis consecravit. que scilicet ex toto in
venere fana gentium destructa sunt. Tempore vero Martiani
principis. duobus monachis orientalibus, qui ob orationem
venerant Ierosolimam, Iohannes revelavit caput suum. Sed non
multum post in urna portatum placet ab aliis in Emissam
urbem Phenicie. et in quodam specu in urna. sub terra
non parvo tempore ignobiliter reconditum. Post denuo idem
Iohannes caput suum ostendit Marcello religioso abbati. et presbitero
dum in eodem specu habitaret. quod cum ille Iuliano Emisse-
ni urbis episcopo. indicasset elevatum est. Ex quo tempore
cepit in eadem urbe decollacio beati Iohannis celebrari. ipsa die
ut arbitratur quo caput inventum est. sive elevatum. quod post
Constantinopolim translatum est, et inde ad Gallias. Alii autem dicunt
non esse festum decollationis. sed decollatio olim est post pascha, et
addita. Iosephus aliam causam dicit necis baptiste. dicens
eum predicasse hominibus iusticiam. et obtentu baptismi
multos congregasse in unum. Timens que Herodes dispendi-
um propter hoc sui regni ab Iohanne: occidit eum. et refert Iose-
phus Iudeos credidisse Herodem. ob hoc miserabiliter in prelio
victum. ab exercitu Arethe regis. De .v. panibus

Audivit autem Herodes famam de Ihesu et duobus piscibus
et ait. Iohannem ego decollavi. Quis autem iste est de quo
audio talia? et querebat videre eum. quod cum audisset Ihesus.
ascendens naviculam. secessit in locum desertum. seor-
sum. et secute sunt eum. turbe pedestres de civitatibus et
curavit eos. Erat autem proximus dies festus qui dicitur pascha.
Vespere autem facto .xii. dixerunt ei. Dimitte turbas ut e-
untes inveniant sibi escas. et ait Ihesus. date illis man-
ducare. et facite eos discumbere. super viride fenum. per con-
tubernia. id est per duales societates. hominum. qui de villis
venerant. Et acceptis .v. panibus ordeaceis. et duobus
piscibus a puero quodam quem unus discipulorum fuisse creditur.
per apostolos dedit eis Ihesus. quasi .v. milia virorum. exceptis mu-
lieribus et parvulis. et de fragmentis impleti sunt cophi-
ni .xii. et statim precepit discipulos ascendere naviculam.
et precedere eum transfretum, quasi versus Bethsaidam. donec dimitteret
turbas. Ihesus autem cum cognovisset quod homines illi vo-
lebant eum rapere. et facere regem. quia sub tali rege
videbatur eis non posse egere: fugit et ascendit in montem
solus orare. Hic est mons in quo sermonem fecit. a quo per

Hic fit mentio. Sed Lucas dicit hoc factum in loco Bethsaide. intelligendum
quod non est in finibus eius. Super Matheus et Marcus
dicunt ... precedebant. Sed Iohannes dicit eos
transfretasse ad Capharnaum.
intelligendum est per Bethsaidam transisse Capharnaum.

miliare distat locus refectionis. Hic qui hodie dicitur mensa Christi
quoniam est locus ille in quo post resurrectionem comedit cum
piscibus assis. super vero est illa mansio super quem Dominus am-
bulavit. quem alia vice quiescens sedavit.

Navicula vero in qua De domino ambulante super mare
venerunt discipuli iactabatur fluctibus. Videns autem Ihesus
eos laborantes. quarta vigilia noctis venit ad eos am-
bulans super mare. Quatuor vigilias noctis faciunt excubantes in
castris. prima dicitur conticinium. in qua omnes simul vigilant.
Secunda intempestivum. in qua adolescentes. tertia gallicinium.
in qua iuvenes. Quarta autem matutinum. in qua senes. has dominus aliis
nominibus vocavit. sero. an media nocte. an galli
cantu. an mane. Cumque putarent discipuli eum
esse phantasma et clamarent. ait. Ego sum nolite
timere. Non dixit quis esset, quia ex nota voce poterant eum
agnoscere. vel ut intelligerent Christum esse qui dixit Moysi.
qui est qui misit me ad vos. Post Petrus ivit ad eum super aquas.
quem dominus mergentem erexit dominus. qui cum ascendisset na-
viculam: cessavit ventus. et statim fuit navis ad terram
ad quam adibant. De verbis domini propter que quidam retro abierunt

Alia die turbe quas paverat Ihesus. intraverunt naves
supervenientes a Tiberiade. et venerunt Capharnaum.
et invenientes Ihesum mirabantur. quomodo illuc venisset. cum sci-
rent solam navem vidissent. quam non intraverat. Cumque com-
mendarent cibum. quem eis fecerat. eum preferebant man-
ne dicentes. Patres nostri manducaverunt manna. pa-
nem de celis dedit eis dominus. Tunc dixit eis Ihesus.
Ego sum panis vivus. qui de celo descendi. Mur-
murabant autem Iudei dicentes. Nonne hic est filius Ioseph,
cuius patrem et matrem novimus? et ait Ihesus. Panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant quoque Iudei ad invicem dicentes.
Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducan-
dum? Tunc addidit Ihesus. Nisi manducaveritis car-
nem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habe-
bitis vitam in vobis. Sed multi ex discipulis audi-
entes dixerunt. Durus est hic sermo. quis potest eum audire?
et abierunt retro. et iam cum illo non ambulabant.

Rogavit autem eum De traditionibus phariseorum
quidam phariseus ut pranderet seniorum
cum eo. Cumque vidisset Ihesum non baptizatis manibus
prandere: murmuravit intra se. cui dominus ait. Vos pharisei
quod deforis est calicis et catini mundatis. et non quod int-
us est. Deus corpora mundavit non animas. Stulti nonne qui
utrumque fecit. Hic contra Manicheos. qui animas tantum a deo
factas dicunt. carnem vero a diabolo. et addidit date ele-
mosinam. et ecce omnia munda sunt vobis. Quidam
quoque scribe et pharisei venientes a Ierosolimis viderunt dis-
cipulos eius communibus manibus manducare dicebant.
Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? et dixit.
Quare vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram?
nam deus dixit. Honora patrem tuum et matrem tuam.

ad nostram pertinentia tantum. uerum quia pro necessariis obsequiis extendis. hiis pharisei superactum. sub nomine pietatis de celant. dicentes. filios meos tace. si ad me pater uenerit. quod parentibus offerenda erant. inferentes eos quod egenis parentibus respondere. O pater corban. quod est ex me tibi proderit. Celebantur enim uotum. a. d. Quod nouit deus. inter ipsos esse. Absit et conuocatis ad se turbis. ait illis. non quod intrat in os coinquinat hominem. intellige secundum. apud deum. sed quod procedit ex ore. primum intellige de ore carnis. sed de ore cordis. Sicut et uomitus coinquinat hominem. unde et quidam
libri habent. sed quod procedit ex corde. Cum et pro tolonia. et hiis que furtiua sunt et rapta. non uescimur. pro scandalo uitando. Tibi enim in se immundus est. et dixerunt ei discipuli. scis quia pharisei hoc uerbo scandalizantur. Scalon. id est scandalon offendiculum pedis. uel ipsum nomen dictum. et Ps. Sinite illos. ceci sunt duces cecorum. quod enim a ueritate pro scandalo recedendum est. Cumque intrasset ihesus domum ait petrus. Edissere nobis parabolam hanc. Non intelligitis. quod omne
in os quod intrat. uadit in uentrem. et in secessum emittitur. Stich enim est ab in interiorem naturam. quod coniungitur. Insistit. sed ab ad intra. in se trahitur. et manet. Ubi intelligitur. euchicia dicitur ydiota fuisse. et phisicam ignorasse. Cum plures alii per arterias et uenas. et medullas fundantur. quod dicitur pro eos. qui uigorem uomitum habent. Simpto cibo et corpulentia tamen sunt. Sed quelibet cibaria pergendo successio dat. et subministrat. De corde exeunt furta et cetera. Plagam principalem anime putauit in cerebro. Alii secundum in felle. desiderium in iecore. sed iuxta principale anime est in corde. Nota quod coinquinat. pro communicat. iuxta hebreum ydioma. qui communia in mundo dicebant. Quia illos communes uocabant. prohibitos in lege. quos immundos iudicabant. Cum dicit quis communicat illis. uetabant. De muliere cananea

Surgens inde ihesus. abiit in fines tyri et sidonis. et rogabat eum mulier gentilis cananea. syrophenissa genere pro filia sua. que male a demonio uexabatur. Quidam quodam modo inuoluerunt. sed sic discreta sunt. Ex hac disputatione. Erat mulier illa. ex tyro et phenicia. quidam tamen dicunt syrophenissa. quod sic phenissa est. quod cananea. licet et dicta sunt. hoc nomine indicantes. Nomen igitur mulieris. et patriam. Ihesus autem non respondit ei uerbum. ne sibi uideretur. qui dixerat. In uiam gentium ne abieritis. pro qua cum intercederent discipuli. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa uenit et adorauit et ait. Domine adiuua me. Et dixit. Non est bonum sumere panem filiorum. et dare canibus ad manducandum. hebrei more gentiles canes dixit. qui edebant sanguinem. ut canes. Et est dicere. uerum

Tyrus ciuitatem metropolim. Tumulatum celebratur tamen fuit lapis marmoreus quidam. dicitur super quem sedit ihesus. illesus tempore gentilis. sed postea a fenicis et uenetis. mutilatus. super cui residuum in honore saluatoris ecclesia. constructa est.

et autem primogenitum israel. et nondum gentes. Cui illa. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. a. d. Uerum quod ad dicis. sed ecce quod fit canibus. Aliquid modicum panis. tamen impertire mihi. Et ihesus commendans fidem mulieris ait. Fiat tibi sicut uis. et sanata est filia eius statim. De surdo et muto

Et iterum exiens de finibus tyri. uenit ad mare galilee inter medios fines decapoleos. id est peruenit ad locum illum maris. cui regione que post erat. decapolis. id est regio. x. urbium. circa pellam. et gadarum. trans galileam. et adducunt ei surdum et mutum. et posuit digitos in auriculas eius. et spuens tetigit linguam eius et ait. Effeta quod est adaperire. et ad eius imperium aperte sunt aures eius. et soluta est lingua ipsius.

Post hec erat dies festus iudeorum. non determinatur quis. sed potest intelligi festum nonorum. id est penthecostes. quia secundum iam de pascha. in qua decollatus est iohannes. Loquitur non de festo. de quo modo agitur. de scenophegia. et post ea de encenniis. ascendit autem ihesus ad diem festum. Erat autem ierosolimis probatica piscina. cognominata hebraice bethsaida. v. porticus habens. In quibus iacebat multitudo languentium expectantium aque motum. Angelus autem descendebat aliquando. et mouebatur aqua. et qui prior post aque motum descendebat in eam. sanabatur. a quacumque infirmitate detinebatur. Probatica grece. ouilis. hec sic dicta erat. quia in ea. uictimas lauabant hostias. Solet autem collectam aqua. pisces non habens. piscina dici. quod per contrarium. de hac modo. Est in medium quod in capite. quod autem medium eius quando moueri debebat. in pendio. quod languidi semper erant ibi qui ad certam horam conuenirent. causam scire. Traditur a quibusdam quod regina sabba. uidit in spiritu. in domo saltus. que uocata dicebatur. lignum dominice crucis. et nunciauit salomoni. cum iam recessisset ab eo. quod in eo moreretur quidam. pro quo occiso perirent iudei. et perderent locum et gentem. quod timens salomo. defodit illud in terra. ubi postea facta est piscina. Appropinquante passione christi superenatauit. quasi prenuncians christum. et post cepit motio predicta. Sed hoc non est autenticum. Erat autem ibi homo quidam. habens xxxviii. annos. in infirmitate sua. Precepit ei ut tolleret grabatum suum. et ibat secum illud. Grabatum est lectus pauperum. ubi tamen capiti aliquid substernitur. dicitur a grabatum quod est caput. Erat autem sabbatum. dicebant quidam iudei. sabbatum est non licet tibi tollere grabatum. Qui respondit. qui sanauit me. dixit michi ut tollerem. et tollerem illud. Cumque quererent quis esset ille. nesciebat. Post inuenit eum ihesus in templum. et dixit illi. Sanus factus es. Iam noli peccare. ne deterius tibi contingat. Tunc homo nunciauit iudeis. quod ihesus eum sanum fecerat. De phariseis

Cum quidam arguerent eum. Pilatum

Iachin et boz ad baiuli erant in templo. quorum officium subdiaconi habent ad ministrandum sacerdoti.

quod in sabbato operabatur ait illis. Pater meus usque modo operatur et ego operor. a.d. Sermon. In. cum diebus in pluralis. operatus est pater sic semper operatur deus. gubernando, renovando opera. ut permaneant que condita. cum quo ego operor. hoc bonum est quod ago. Constat hoc esse sacramentum. quod de requie sabbati legisperi magis querebant eum interficere quia patrem suum dicebat deum. Et tunc ihesus. Pater diligit filium. filius quos vult vivificat. nec pater iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio. quia et solus filius venit in carnem. ut iudicaret in mundo. i. arguat et post in mundo in sola persona filii apparebit iudicans. et sicut preterit [illegible] Post hoc qui alius aliquis veniet, non in nomine patris sed suo. et eum recipietis.

De zelo iudeorum.

Relictis illis trans abiit secus mare galilee tiberiadis. Cumque esset turba multa. ibi [illegible] ait discipulis. Misereor super turbam. quia iam triduo sustinent me. nec habent quod manducent. Cumque accepisset a discipulis vii. panes. et pisciculos paucos. precepit eis discumbere super terram. Erat in alio relicta pascha. adhuc erat [illegible] Nunc autem pro tempore [illegible] iam non erat ibi [illegible] post penthecosten erat ut [illegible] saciati autem iiii milibus virorum absque mulieribus et parvulis de fragmentis impleverunt vii. sportas. Est autem sporta vas de iunciis et palmarum foliis contextum.

De fermento

Et statim ascendens ihesus navem cum discipulis venit in partes magedan. eundem locum vocat marchus dalmanutha. qui binomius erat. et obliti sunt discipuli tollere panes. et docebat eos. cavete a fermento phariseorum et saduceorum et herodis. Cumque putarent se tacite notatos de panis oblivione arguit eos de modicitate fidei. quia eo presente timebant posse egere. Sed mattheus illuminavit hic textum. sed de similibus sufficiat nobis aliquid posuisse. alia consimilis quomodo [illegible] est illis.

De confessione fidei quam fecit petrus

Venit autem ihesus in partes cesaree philippi. Philippus in [illegible] indie septemtrionalis constituit civitatem. quam vocavit cesaream. philippi et memoriam cesaris et sui nominis. Est in regione phenicis. ubi ad radicem libani oriuntur duo fontes. ior et dan. quorum rivuli sociati sub montibus gelboe sub urbe cedar. secus medicabilia balnea. iordanem faciunt. sed et nomen eius ex suis nominibus est compositum.

Josephus dicit ultra cesaream. c.xx. stadiis [illegible] diam lacum esse qui a rotunditate fiala dicitur, semper plenus. et numquam exuberans. ibi origo est ubi oritur iordanis. et paulo post terram ingreditur. et ad radicem libani iterum ebullit. quod primus philippus tetrarcha deprehendit. Nam missis in fontem fiale paleis eas apud panium redditas invenit. sic vocat iosephus fontem sub libano. dicit et super selenaam ex quodam lacu nata [illegible] quem vocant maiorem iordanem. et ex duobus [illegible] ad locum qui dicitur aureum templum [illegible] ionis confluentibus efficitur iordanis [illegible] [illegible] quod lucas dicit dum in [illegible] discipulos eius esset solus orans. quare autem dicat [illegible] sed cum moveret quemque orans in via forte [illegible] alluit

Tamen iosephus dicit quod olim aquas illas descendere [illegible] dan. [illegible] pasint [illegible] quia nunc [illegible] iordanis. qui ex [illegible] et amenitas. notatur et interrogavit ihesus discipulos suos dicens, quem dicunt homines esse filium hominis. sola quia venerat adam filius esse. Alii filii hominum. Solus christus filius unius hominis. Qui dixerunt illi. Alii iohannem baptistam. alii heliam. alii ieremiam. aut unum ex prophetis. [illegible] baptizabat. putabant [illegible] baptismum. et [illegible] aliquem duorum qui [illegible] iordanem [illegible] baptismum. Jeronimus id est qui [illegible] in veteri lege. Cumque [illegible] ab illis suam [illegible] suam. dixit petrus pro omnibus. Tu es christus filius dei vivi. Tu es homo sed qui unctus es. quod pre participibus tuis. et es deus. filius dei vivi. Hebrei autem consueverunt dicere [illegible] vivum in suggillationem ydolorum. que non vivunt. Et ait ihesus. Beatus es simon bariona. i. bariohanna. i. filius iohannis. dicunt enim quidam in eo scriptorum corrupte positum iona pro iohanna. et addit. Tu es petrus. quod latini et greci dicunt petrum. hebrei et siri cepha. idemque est quod tu es cephas. et super hanc petram id est quam dixisti petrus edificabo ecclesiam meam. vel super hanc petram quam confessus es. que sola fundamentum est. Et promisit ei se daturum claves regni celorum. et forte tunc ei soli dedit. vel post resurrectionem cum aliis. Tunc precepit discipulis ne cui dicerent. quod ipse esset christus. quod sic intelligendum est. tunc. donec eo suscitato. quod in aure audierunt predicarent super tecta. Tunc cepit eis ostendere quia oportebat eum ire ierusolimam. et multa pati et occidi. et tertia die resurgere. quo seorsum assumpto dixit ei petrus. Absit a te domine. non erit tibi hoc. [illegible] propicius sis tibi domine. Cui dixit. Vade post me sathanas. non sapis ea que dei sunt. i. sequere sententiam meam. nec adversarius. Sathanas enim adversarius sonat. Fuerunt qui dicerent petrum non esse increpatum. sed sathanam. sed ei suggerentem. Ob eius hunc errorem. s. quia credidit [illegible] nescit deus quod deum est. [illegible] promissione beatitudinis. esse [illegible] Tunc convocata turba cum discipulis ait. Si quis vult venire post me abneget

esse filium hominis

tollat ipsum. et tollat crucem suam. et sequatur me. Crucem explicat tollit. per martirium. per mortificationem carnis. per compassionem.

De Transfiguratione

Post dies sex assumpsit petrum et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem thabor excelsum. ut oraret. lucas dicit dies viii. cum diem in quo predixerat quosdam de eis visuros antequam morerentur gloriam regni dei et illum in quo viderunt. cum ceteri evangeliste mathei et marci. vi. ceteri in medio ponentes.

Et notandum quod matheus dicit iacobum fratrem iohannis. Augustinus super epistolam ad galathas scribit iacobum apostolum interfuisse transfigurationi. cum videret ambos eius consobrinos. et testis est domini

iuxta civitatem nazareth mons thabor. in quo occursu melchisedech obviavit abrahe. qui mittebat a thabor mons sinai. unde thabor et sinai

oraret. transfiguratus est ante eos. et facies eius resplenduit sicut sol. et vestimenta eius alba facta sunt sicut nix. qualia fullo non potest facere super terram. et apparuerunt illis moyses et helyas. loquentes cum eo de excessu. quem completurus erat in ierusalem. in verbis de morte eius. Et ait petrus. domine bonum est hic nos esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. tibi unum. moysi unum. et helye unum. et facta est de celo vox dicens. hic est filius meus dilectus. ipsum audite. cum pre timore corruissent discipuli. tangit eos ihesus et ait. Surgite nolite timere. et descendentibus precepit eis ne cui dicerent donec resurgeret. quidam dicunt hanc gloriam in aere circumfuso fuisse. non in corpore. quod tunc habebat mortale. Alii ad tempus deposuisse mortalitatem. Alii eum semper habuisse talem corpus. per naturam. sed ut videretur et pateretur. fecit illud mortale ad tempus. et ibi qualis erat per naturam. talem se ostendit. et talem ut aiunt discipulis se dedit in cena. quod tamen in modo dicto potest esse locum habere. ante in hiis laborare. et contra naturam in miraculis. Ita enim in carne mortali ostendit dominus gloriam immortalitatis. sicut voluit. sicut post resurrectionem in carne immortali cicatrices. et palpandum se prebuit. Interrogavit. sed et varie senciunt auctores de moyse et helya. et super lucam invenies glosam. que dicit eos habuisse aliam. que dicit angelos eorum assumptis corporibus. et nota quod in matheo et marcho non in fine transfigurationis dicitur. dico vobis quia helias venit. intelligendum est. i. zacharias. sic enim quandoque ponit aliquem pro appellativo. ut et ibi. Caiphas et annas dicere amoris ego

De lunatico

Alia sequenti die. ad preces patris sanavit filium lunaticum. quem obtulerunt sibi discipuli sanare non potuerunt. Non ex mota lune. paciuntur lunatici. sed demones eos hiis vexant temporibus. ut per lunam infamarent lune creaturam. Erubescat videlicet qui dicat nullum peccatum in puero. Legitur enim de isto puero quod a prima lunaticus fuit. in quo similiter habet

suum demonem. nondum illum possidet. Cumque quesissent discipuli. quare ipsi non potuerunt. ait. propter incredulitatem vestram. quia si habueritis fidem sicut granum sinapis et dixeritis monti huic transi hinc. et transibit. quod transferre de diabolo presentia quam eicere. [illegible] a nullo ad litteram. legitur tamen nisi quod ad preces gregorii neocesariensis legitur quidam mons recessit. et dedisse locum basilice fabricande. et ad preces quorumdam priorum legitur transferre de orto. vel gratia exempli positum est. et quolibet impossibile. sunt et in luca aliud est exemplum. diceretis huic arbori moro. transplantare in mare et obediet vobis.

De tributo tempore pilatis invento

Et cum venissent capharnaum. accesserunt qui didragma accipiebant et nullus petrus a domino ad mare. tulit piscem in cuius ore invenit staterem. i. duo didragmata. et solvit pro se et pro domino. Et si enim dominus loculos haberet. tamen ea que data ei erant in usus pauperum. in proprium usum. noluit expendere.

Quod discipuli quesierunt quis eorum esset maior

Cum autem discipuli quesissent in via. quis eorum esset maior. accesserunt ad ihesum et dixerunt. quis putas maior est in regno celorum. i. dico quis maior est inter nos hic. quod ille et maior erit inter nos in celo. Et in quo erubant. in similitudine enim. omnis prelatio collabitur angelorum et hominum. ut apostolus dicit. et amplexatus est ihesus parvulum. docuit similes parvulo. i. humiles in vita. equalitatem in pace. Et qui vellet primus eorum esse. fieret omnium minimus. hinc est quod primus omnium in ecclesia servus servorum dei se facit. parvulus iste ut quidam tradunt. fuit marcialis apostolus lemovicensis.

De parabola ovis et dragme

Cumque scandalizarentur pusillorum dixisset per metaforam membrorum eruendorum et precidendorum. nec contempnendum unum de pusillis. apud quos adolescencia quia pusilli premisit. dixit illis parabolam. ovis centesime. reparate relictis nonagintanovem. sicut gregorius dicit. licet pastor plus diligat unam quam centum. quia tamen magis se letatur de perdita quam de manentibus. pro eodem addidit parabolam. de decima dragma inventa. et est dragma nummus decem denariorum. habens ymaginem regis. dragma i. dragmata. dragmatica ... dragmata. dragma alicuius genus carminis. et quod dicitur dulcia cantica dragmatis. Lucas vero terciam et eodem addidit parabolam. de filio prodigo. in qua non solum gaudium sed et de pusillis redeuntibus ostendit. sed et invidia cuiusdam arguitur. in qua siliquas porcorum dixit. et est secundum quosdam fructus arborum. sonum faciens et comeditur. Est autem genus leguminis. sonorus follibus et vacuus. quod magis honerat quam reficiat. Et nota quod in avibus dicitur altile. in animalibus dicitur saginatum.

De dimittendo fratri lxx vicis

Cum addidisset dominus de corripiendo fratre. qui in te solo peccavit. et de solo

lacerat, quasi sexto, post etiam septies, post etiam septuagies septies,
et addiditque quemcumque ligaveritis super terram. Tertio li-
garem meretur quod licuit. pro quo dimittendum sit. Et
peccanti usque septies, vel quadringenta nonaginta
uicibus, vel septuagies septies, id est infinita. ut uult le-
gere; uel ut prima persona veniret ad tempus quo dominus
in tempore dimisit. scilicet ad omnem iniquitatem, a septua-
ginta vii. generationibus et duo dilectionibus vel
vii. et iudicio. Et nota quod quilibet tenetur inimico
dimittere; et si non petit venia quia ueniat.
et si petierit tenetur dare ei cum subuenire sibi sit
dignus. quod non tenetur qui petit. et sine precibus. quod autem
dimittendum sit peccanti dominus per servum parabolam sub-
ostendit. cui debitum revocavit dominus suus. quia no-
luit misereri conservi sui.

Et factum est post sermones istos migravit Iesus a Galile-
a, venit in Iudeam trans Iordanem, et secute sunt
eum galilei, et curavit eos ibi, et accesserunt ad eum
pharisei, et dixerunt. Si licet homini dimittere uxorem.
Quamque ex causa quibus ait. Quos deus iunxit coniugium.
et ideo non licebit homini separare illud. quia sic voluit deus
unum adherere uxori, quod per eam relinqueret patrem et
matrem. Quare alterum suum magis diliget homo ad patrem
liberos. quam ad eorum parentes sicut enim humor de
radicibus ascendit in arborem, et transmittitur ad semen,
et ad radices non redit, ita amor transmittitur ad pa-
rentes et ad filios. non econuerso. vel naturam, amor
parentum ad filios quam filiorum ad patres. Cumque obicerent
de libello repudii concesso a moyse, et dixisset ob du-
riciam cordis eorum, et est permissum, et nulla lege punitum.
Non enim ordinem dei moyses super ordinaret. addidit
quod excepta causa fornicationis non liceat homini dimittere uxo-
rem. Quod audientes discipuli dixerunt. quod non expedit nu-
bere. ne aliquem concedatur uxorem ducere putantes. dix-
erunt dominus eunuchos. quia quidam sic nascuntur quia sic pro-
deunt castrati vel a die nati. alii facti sunt ab hominibus, quia dicun-
tur spadones a spada. alii se castraverunt propter regnum
dei. qui proprie dicuntur eunuchi, id est bene victoriosi, et hec
ultima victoria est. Tuncque pueris oblatis imposuisset manum,
benedixisset eos abiit inde.

De accesserunt ad eum quidam pha- De ubi dominus
riseorum dicentes. Vade hinc, quia herodes te querit interfi-
cere. et ait illis. Ite dicite vulpi illi, quia ecce demonia
eicio et sanitates perficio. hodie et cras, et tertia die consumor.
quod est ipse non occidet me, sed ego ponam animam meam,
ita quod prima die morietur, michi vivendum. tollam demo-
nia curandorum sua. in crastino resurgam, ex parte que fa-
nima restituam. dum portam paradisi aperiam. et ob-
dam. vel ponam eam in paradiso. est in extremis manus
ad orientem. quem restituens hominem sanitati. Et predicari

tertia die resurgam. consummabor. Et tamen sic tertiam ad tres
annos spacium miraculorum, in quorum tertio consummatur. et hoc
ostendens Iesus, quod non moreretur in dominio herodis. ait. quia non
capit prophetam perire extra Ierusalem.

Post hec ambulabat Iesus De galileis quos pilatus occidit
in galileam. quia in iudea querebant eum interficere.
Aderant eo tempore quidam nunciantes ei de galileis,
quorum sanguinem miscuit pilatus cum sacrificiis eorum. Iu-
das enim dicens se esse filium dei multos seduxit de galilea.
quos cum duxisset in garizim, et dixit se ascensurum in
celum. etiam eos dum sacrificarent ibi superveniens pilatus
ipsum cum omnibus occidit. timuit enim ne iudeos seduceret.
Tuncque putantes eos peccasse id quod nequiores essent. ceteris
galileis. ait dominus iudeis non minus vos esse peccatores, et similiter nisi
penitentiam egeritis. et ierosolimitas nisi penituerint periturus. sic
perierunt in siloa. xviii. quos oppressit turris. qui edificabant.
Super quod dixit eis similitudinem ficulnee non facientis
fructum, et quia alteri imitetur, ut imperaretur annum, do-
nec cresceret dominus exspectaret eam. De muliere inclinata.

Cumque doceret sabbatis in synagoga.
erat ibi mulier habens spiritum infirmitatis quod inclinaverat
ipsa sathane. xviii. annis et imposuit ei manus et erecta
est. De scenopegia

Erat autem in proximo scenopegia. quod est umbraculorum festivitas.
et dixerunt fratres eius ad eum. transi in iudeam ut
discipuli tui qui undecumque illuc convenirent videant
opera tua que facis. si hec facis manifesta te mundo. quasi diceret si
ex te facis et non ex beelzebub. vel si per quem. hii erant
consanguinei Iesu qui ei gloriam invidebant. ut Iohannes
Iacobus sciebant. quibus ipse ait. vos ascendite ad diem
festum hunc. ego non ascendam ad diem festum istum, id est
ad primum. mediante autem festo, ascendit. sed quasi in occul-
to. Iudei autem querebant illum dicentes. ubi est ille? et murmur
erat de illo. quia quidam dicebant de illo quod bonus est. alii autem
non sed seductor. Cum autem ascendisset docebat in templo,
et admirabantur dicentes. quomodo litteras scit iste. cum non
didicerit. Tuncque quidam dicerent. hic est Christus. alii
autem dicebant. hunc scimus unde sit. Christus autem cum venerit
nesciemus unde sit. sed dicebant quia ysaias dixit. gene-
rationem eius quis enarrabit. Quidam vero de turba crede-
bant in illum. dicentes Christus cum venerit numquid plura sig-
na faciet, vel faciet, quam hic facit. Ait illi quidam de turba. Magister dic fratri
meo ut dividat mecum hereditatem. et ait. homo quis
me constituit iudicem super vos. Sed tradunt
Iohannis [illegible] hec post duo capitula, et post tertium de mi-
nistris missis ad tenendum Iesum. post et sed de adultera. In
historia tamen hec est ordo. quia de his solet agere in

Tunc ait ad illos. [illegible]
Cavete. ab omni avaritia quia non sic vita hominis in-
est. super quod proposuit eis similitudinem de divite qui

et fructum uberem deliberabat horrea sua ampliare cui dominus ait. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te. que autem parasti cuius erunt. Item multa locutus est illis ihesus. Ego sum lux mundi. ego testimonium perhibeo de me. et pater testimonium perhibet de me. et cetera.

Int(er) Ihesus hic dixit plane se filium dei. et eos in peccato suo morituros. et sciatis quis essem cum exaltaveritis eum a terra. et ipsos non esse filios dei. nec abrahe. et quod habraham vidit diem suum. et gavisus est. et antequam abraham fieret ego sum. tulerunt ergo lapides iudei ut iacerent in ihesum. ihesus autem abscondit se. et exivit de templo. et consona quod iudei dixerunt. l annos nondum habes. quidam opinati sunt ab incarnatione domini usque ad passionem plures annos fluxisse quam ex historiis colligamus. De ceco nato

Preteriens ihesus. vidit hominem cecum a nativitate. et per luto facto de saliva. cum linisset oculos eius. misit eum ad natatoriam siloe. et lavit et vidit. Siloa est fons ad radicem montis syon. qui non iugibus aquis sed incertis horis. ebullit. cuius aque. ut exciperentur stagnum. non longe a fonte constructum erat. quod collectam in piscinam in natatoria vocat. Erat autem sabbatum. Iudei et pharisei cum accepissent ab illuminato quod ihesus eum illuminaret. dixerunt ei. Da gloriam deo. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Cumque ille confiteretur ihesum. et adderet. numquid et vos discipuli eius vultis fieri. maledixerunt ei. et dixerunt. Tu discipulus illius sis. nos moysi discipuli sumus. hunc nescimus unde sit. id est non approbamus. Sed dixerunt se eum scire. Putabant autem ihesum maleficum. et omnes credentes in eum maledictos. Et cum eiecissent eum foras. invenit foras eum ihesus. cumque dixisset ei se esse filium dei. ille adoravit eum. et ait illi ihesus. In iudicium ego veni in mundum. ut qui non vident videant. et qui vident ceci fiant. Quod. In hoc quod de mendicum illuminavit intellige quod venit separare pauperes spiritu a superbis. qui se sciolos iactant. ut illuminentur illi. Et cecitatem mentis incurrant.

In valle iosaphat est secundum quosdam dicentem siloe de silo manat sub terra

De signis perfectionis et impossibilitate

Et cum esset ihesus ingressus viam. adolescens genu flexo rogabat eum dicens. Quid faciam ut vitam eternam. Cumque inquisisset ei custodiam preceptorum mandatorum dei. et audisset eum servasse ea. docuit eum de perfectione et unum signum perfectionis posuit dicens. Vade et vende omnia que habes et veni sequere me. Est enim perfectio perfectorum eius signum ponit. alia per omnibus. Est et contemplatorum eius signum velut quod omnia. Est et activorum penitentium eius signum quod non habet contemplatorum. et est conjugatorum. est mortem habere.

retinere in deliciis. et unum in patientia. et et clericorum est signum. et continentia. Audiens hec adolescens abiit tristis. erat enim possessiones valde et magnas. et ait ihesus ad discipulos. Facilius est camelum per foramen acus transire. quam divitem intrare in regnum celorum. Facilius significat hic. pro minus. sicut quum unum est difficile. quod unum est impossibile. per enim dei fieri. ut camelus transeat per foramen acus. sed nullo obstante. Quam vis non quod hoc nomine divitis intelligi posse inquit. ultra de potentia dei iustitia non fiet. Gradus vero comparationis non in impossibilia. ne mireris impossibile est enim. equum quanti in lapidem. quam in asinum. quia est accommodatior naturaliter quam lapidi. Fuerunt qui dicunt in iherusalem portam fuisse portam que vocabatur acus. ad quam convenebant cameli per compendio viae cum hominibus suis non poterant transire sub ea. Exonerati ergo transibant. et iterum recepti hominibus onerabant. sed hic ergo similitudo notatur hic non impossibilitas. Opes enim avaritiam amor est. opes dei mittere si velit ingredi ad vitam. Quia ait nomine divitis a-varum significavit. hinc patet. quod discipuli subdiderunt. Et enim poterit salvus esse. plures enim sunt pauperes divitibus et ita plures possunt salvari. si de possessoribus. opes divitis. quibus ait ihesus. Apud homines est impossibile. apud deum omnia possibilia sunt. non quod possit deus tales salvare. sed quod facit eos iustificatos. et tunc salvare. Quia relinquentes omnia perfecti sunt.

Tunc ait petrus. Ecce nos remunerantur relinquimus omnia. et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. in supple relinquenda. Illa enim omnia reliquerat petrus. de quibus dictum est et omnia videntis. illa autem dixit omnia sibi retinuerat. de quibus dictum est deus est omnia in omnibus. Et ait ihesus. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. sedebitis in regeneratione et vos super xii sedes. iudicantes xii tribus israel. Fit in baptismo prima regeneratio in anima. fiet in iudicio secunda in corpore. et tunc contemptores mundi cum domino iudicabunt. non solum comparatione. sed et auctoritate. Duodenarium posuit pro plenitudine sedium et xii tribus israel pro omnibus iudicandis. Duodenarius enim ex septenario. quia est numerus universitatis surgit. Et ex partibus septennarii in se ductis. Quia dam est hoc solum discipulis dominum dixit. et impletum iam esse in sublime mundi. quod quam potestatem habuit super omnem creaturam tenent. et ad omnes gentes terminos directus. Omnis qui reliquerit domum. aut parentes. et cetera. centuplum accipiet nunc in hoc tempore. et in futuro vitam eternam. quod fiet spiritualia. quod centuplum sunt comparatione carnalibus. sed unus alios secundum plus et ampliusque diligunt. De divite et lazaro

Pharisei autem audientes eum disputantem. de quo

tempus mundi derideba*n*t eum. q*ui* lex obser-
uantib*us* suis bona t*er*re p*ro*mittebat. Ipse a*utem*
q*ui* cor*um* ananciam exemplum p*ro*posuit eis de diui-
te p*ur*purato *et* epulone. qui in inferno cruciatur.
q*ui* recepit in uita bona sua. i. illa sola. que pu-
tabat bona. Sic sunt h*ec* posita. s*ed* q*uo*d in re sua
p*ro*pendet. quia ibi nomen mendici ponit*ur*. lazar*us*
s. qui positus in sinu abrahe. erat enim in supio-
ri margine inferni. locus aliquantam habens lucem.
sine omni pena materiali. in q*uo* erant anime p*re*des-
tinato*rum* usq*ue* ad descensum x*risti* ad infernu*m*. qui
locus p*ro*p*ter* sui tranquillitatem: sinus abrahe d*icitu*r.
ut sinus matris d*icitu*r. *et* dicebatur abrahe. quia
fuit p*ri*ma uia credendi. Ipse enim p*ri*mus p*atria*rcha p*ro*-
dicauit unu*m* deum t*ame*n esse. hunc tamen locu*m*
uocauit iob. tenebras p*ro*p*ter* tedio expectandi. dicens.
et in tenebris straui lectulum meu*m*. Item q*uo*d di-
ues dixit se cruciari in lingua. i. p*ro* peccato lingue.
q*ui*a epulones loquaces esse solent. nec mirum
si anima translatiue dicat*ur* h*abe*re membra. cum di-
uinitas eod*em* tropo p*er* membra distinguat*ur*. fuerunt
tamen qui dicerent *et* angelos *et* animas h*abe*re cor-
pora aerea. Alioquin. anime ignem urentem
n*on* sentirent. q*uo*d sup*er* genesis inuenies. Aliu*d* d*icitu*r.
q*uo*d ad sentiendam ustionem ignis. n*on* e*st* necesse h*abe*re
corpora. Est enim quedam sp*eci*es ignis. [illegible] cui si
p*ro*ponens manu*m* ardorem sentias sine aliq*ua* ma-
nus lesione. Q*uo*d a*utem* abraha*m* c*haos* [illegible] chaos int*er* eos
firmatum dixit. *et* chaus ut ueteres [illegible] h*abe*nt.
forte ita in re erat. uel [illegible] p*ro*pterea*m* bono*rum*
et malo*rum* dissimilitudinem. [illegible] post hanc uita*m*
notat. Cumq*ue* diues ro[illegible] garet de mitte*n*do
lazaro ad fr*atr*es suos. audiuit h*abe*nt moysen
et p*ro*ph*et*as. audiant illos. [illegible] [illegible] q*uo*d iud*e*i
[illegible] forte habraham uocauit eum fi-
lium. *et* ille ip*su*m p*at*rem. De uillico iniq*ui*-
tatis.

Ad discipulos autem p*ro*po-
suit ih*esu*s hanc parabolam. de uillico iniqui-
tatis. *et* e*st* uillic*us* q*ua*si custos uille. h*ic* accipit*ur*
p*ro* yconomo. *et* tamen est *et* amoth*us*. dispensato-
rem uitam cum debitorib*us* d*omi*ni sui. ut cum ei[illegible]
[illegible] memores beneficii recipient eum in domos suas.
Et laudauit d*omin*us uillicum iniquitatis. n*on*
q*ui*a iniq*uus*. s*ed* q*ui*a prudent*er* egisset. Est a*utem* pruden-
cia quedam sibi in p*re*senti. p*ro*uidencia *et* ex h*oc* e*st*
a minori intellig*itu*r. d*omi*n*u*s. si sibi in futuru*m* p*ro*uideat
et cum dolo laudat*ur*. Ego facite uob*is* amicos de ma-
mona iniquitatis. ut recipiant uos in et*er*na tabernacula.
a. d. Q*uo*d laudandi mag*is* essetis si prudent*er* uob*is*
sine dolo. Mammona lingua siri. diuicie *et* mamo*n*a
sathanas. qui opib*us* seducat. *et* dicunt*ur* iniquitatis. q*ui*a
de iniquitate colligi solent. Vn*de* uulgata illa dicit.
Omnis diues aut iniq*uus*. aut h*e*res iniqui. hoc quidam
male intelligentes. exponunt. ut b*e*n*e* dispensent. Sacrif*icium*
offert sacrificium de sua paup*er*is. [illegible] si [illegible] [illegible]

in conspectu p*at*ris. uel p*ot*est sic exponi. Q*uia* d*omi*nus m*ea* ibo
et h*ic* p*ro*uidet uob*is* *et* in futuro. a. d. uob*is* reseruate de reb*us* uel
[illegible]. ad solacium uite de superfluo facite uob*is* amicos.
q*uo*d enim ult*ra* necessitatem retinet*ur*. nec p*ro* necessitatib*us* erogat*ur*.
Pecunia e*st* iniquitatis. i*d est* [illegible] equitatem. In ea enim n*on*
facimus equitatem. q*ua*m p*ro*ximo debemus. q*uia* si. sicut nos
diligere tenem*ur*. Et nota. q*uo*d non omnes paup*er*es possint
nos recip*er*e in et*er*na tabernacula. s*ed* q*ui*a largitum h*abe*nt, re-
premium ab angelis. Bonos tamen pauperes. bonum e*st* eli-
gere cum possumus. *et* addidit d*omin*us. Seruus sciens uolun-
tatem d*omi*ni sui. *et* non faciens. uapulabit multum. Q*ui*
a*utem* n*on* cognouit. uapulabit paucis. Multi p*ro*p*ter* h*oc*
auertunt aurem ne audiant sermonem. s*ed* h*ii* n*on* uel
[illegible]. s*ed* c*on*temptores iudicabunt*ur*.

Sunc p*ro*posuit d*omi*nus e*st* De denario diurno
similitudinem de patrefamilias. qui conduxit operarios
in uineam sua*m* ex denario diurno. Cumq*ue* n*on* nisi
[illegible]. hore diei ibi [illegible]. tamen sub intelliguntur. ci-
uitas. tam temporis q*uam* hominis. In .xi. enim, [illegible] *et* ci-
uitas intellig*itu*r. In eadem e*st* senect*us*. In depputatas qui   uirilitas *et* decrepita
dem denarii eandem notat p*er*petuitatem. Sicut sicut erit
uite. uel binor. uel longior erit alia. s*ed* idem erit et*er*na
in omnib*us* in ea notant*ur*. de murmuratione recipientium dicunt
q*ui*a ibi n*on* erit murmur inuidencium. s*ed* admiratio
de magnitudine premii. solet enim quandoq*ue* murmu*r*
accipi p*ro* confusione uocum. uel p*ro* murmur trahi ad
statum plenum. Initium autem est pauci fecalis
ad futurum. Cum autem dedit. q*uo*d gl*ori*a p*ro* qua po-
terunt murmurare dum q*ui*a tunc d*omi*num [illegible].
q*ui* tantu*m* [illegible] [illegible] sine uob*is* glorificantur.
Admiracionem aut*em* eo*rum* de e*st* regnum expellit d*eu*s
sub interrogacione post c*on*uingclud*en*s parabolam ait.
Sic erunt nouissimi p*ri*mi *et* p*ri*mi nouissimi. [illegible]
et generalos equabunt*ur* in regno regni celorum. q*ui*a ultra
inuenitur usq*ue* ad septimam etatem quiescerant. que
cepit in ip*s*a in ascensione. In resurrectione quoq*ue* corporum. electi
cuiuscumq*ue* etatis, uel temporis uel hominis equabunt*ur*.
n*on* forte pauci lucrant*ur* q*ui* p*ri*uilegiati. Quidam tamen
quia in parabola legit*ur*. An oculus tuus nequam e*st*, q*ui*a ego bonus sum. *et* in
fine. Multi sunt uocati pauci u*er*o electi. dicunt labora-
tes in uinea. omnes fideles cuiuscumq*ue* temporis. uel eta-
tis. quo*rum* quidam boni. Alii u*er*o mali. *et* uocant accipientes
cum murmure malos. putantes se accep*tiore*s. *et* quia p*ri*ores
fuerunt in eccl*es*ia. uel tempore. uel dignitate. etiam plus
aliis accip*er*e. de quib*us* dicit p*ro*ph*et*a. Cadent a latere tuo
mille *et* x. mil*ia* a d*extri*s t*uis*. Et d*omin*us   uel p*ot*est esse sine t[illegible]
in euangelio dicit. se dicturum ta-   lis. q*ui*a si uellent
lib*us*. Nescio uos. Quod enim e*st* de eis   p*ri*mi murmurare
dicitur, uidet*ur* sermo [illegible]. de accipi-   possit magna[illegible]
entib*us* denarium. tamen sed*m* reg[illegible]   murmur eo*rum*
[illegible] de diuitis ibi legit*ur*.   de   ex p*ri*mi
accipientib*us*. *et* non accipie[ntibus].   sed putantib*us*
se accipientes. Sic enim putabant   et. nec tamen
decipiebant*ur*. Vel p*ot*est esse sine uelis.   q*ui*a si uellent p*ri*mi
murmurare possit c*on*solari eo*rum*   [illegible] op*er*iri. de y*p*[illegible]

dicens

Et factum est cum sabbato manducaret panem in domo cuiusdam principis phariseorum erat autem cum ydropico. Est autem ydropisis aquosus humor subcutaneus de vicio vesice natus cum inflacione et anhelitu fetido. Observabant autem pharisei Ihesum si sabbato curaret. Cumque illi abesset si liceret sabbato curare, et tacuissent, languidum apprehensum sanavit, post obiurgavit. Licet curare, quia pecus lapsum in puteum die sabbati extrahitur. Mirum autem erat quod de curacionibus in sabbato eum arguebant. Hoc enim in tradicionibus suis. Determinaverant [illegible] ea genera operum. Exodi. xxxv. Ex quibus vacandum esset domini sabbato, inter que non erat curacio, maxime que solo fit verbo, sicut dominus sepe curavit. Dicebat autem et ad invitatos parabolam. Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Quia superbiam phariseorum humilitatem docebat. Et attendendum quod hec non est parabola, sed via operis exemplum humilitatis faciendi. Sed quia apponitur ut ad similitudinem eius certa fiant, parabola vocatur, quia similitudo in exemplo. Illi autem qui eum invitaverant monebat ad misericordiam dicens. Cum facis prandium, noli invitare cognatos et amicos et divites, sed pauperes. Non dampnat amicorum invitacionem, sed voluptatem luxuriose vel mutuo remunerandi. Ex eo quod dixit autem, hoc retribuetur tibi in resurrectione iustorum, quidam de discumbentibus intulit. Beatus qui manducat panem in regno dei. Crediderunt carnaliter dictum, et carnalem cibum futurum post resurrectionem, sicut homo dicitur immortalis, non tamen sine aliquo alimonio. De [illegible]

Facta sunt autem [illegible] encennia in Ierosolimis, et hiems erat. Encennia dicuntur quasi enchenea, a neos quod est novum, et sonat innovaciones. Et dicitur inicium. quasi ib [illegible] novum. Quando scilicet domus aliqua aut vas aut vestis a communi usu ad celebrem et divinum usum subvehitur, quod latinus dicit dedicacionem, cum hebreus dedicacionem vocat inchoacionem usus nove, sicut cum primo inhabitamus novam domum, aut induimus novam vestem. Hic autem enchennia vocatur festum dedicacionis templi, quod annuatim fiebat. Hoc autem festum non ad primam vel secundam templi dedicacionem, sed refertur ad terciam. Prima enim fuit in autumpno, quia Salomon dedicavit templum decima die septembris, et usque ad templi illius eversionem fiebant quot annis duo festa, eadem die, dedicacio scilicet et expiacio. Secundum reedificatum fuit templum a redeuntibus a Babilone, dedicatumque in vere xii. die marcii, id est xiii. luna. Cum autem Antiochus Epiphanes polluisset templum sordibus ydolorum, et prophanasset utensilia eius, Iudas Machabeus filius Mathathie qui de gente sacerdotali, mundavit templum, et restituit utensilia in locis suis, et dedicavit illud xxv. die decembris, et hec dedicacio in diebus Ihesu observabatur in hieme, forte adhuc est festum. Innuunt apud Iudeos quod et Iosephus testatur, et sub Machabeis vocatur hunc diem dierum luminum. Et ambulabat Ihesus in templo in porticu Salomonis. Nomine templi sepe vocantur porticus templi. Unde hic in templum enim non ascendebant nisi ministri templi. Porticus autem illa dicebatur Salomonis, in qua solebat Salomon stare adorando, in qua die dedicacionis erexit columpnam eream, super quam stetit orante flexis genibus, cum tamen Iudei solerent stare cum orarent. Et dixerunt Iudei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Id est, quare non sic te Christum se diceret. Timebant enim eum tanquam Augustum se ingerentem. Id est Christus temptavit. Responsum dicens. Loquor vobis et non creditis. Opera que ego facio testimonium perhibent de me. Cumque dixisset, Ego et pater unum sumus, sustulerunt lapides Iudei ut lapidarent Ihesum. Et cum dixissent se nolle eum lapidare pro blasphemia, quia cum esset homo, deum se faciebat, dixit. Quia et scriptura homines dixit deos. Ibi, Ego dixi dii estis. Ergo multo magis quem pater misit in mundum, dici potest deus, cum tamen dicatur homo deus, et verbum dei dissimiliter. Hac ambiguitate nominis mitigavit iram eorum. Querebant ergo eum apprehendere, et exivit de manibus eorum.

Et abiit iterum trans Iordanem [illegible] ubi erat Iohannes baptizans primum. [illegible]

Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania de castello Marie et Marthe. Cum autem accepisset Lazarum infirmari per nuncium sororum eius, in similitudine hoc non est ad mortem, ad eum scilicet tenendum in morte, et mansit in eodem loco duobus diebus quousque quatriduum compleretur. Tunc ait discipulis. Eamus in Iudeam iterum. Qui dixerunt. Iudei te volebant lapidare, et iterum vadis illuc? Quibus dixit Ihesus. Nonne xii. hore sunt diei? Et ipsos quasi horas xii., et id non erat eis timendum, cum eo. Et nota quod si Iudei adhuc erant boni, tunc hora diei erant, si iam mali, quia in malicia stabilitati, dampnati. Dixit et aliter. Id est. Prima vos ipsos provocat in voluntate vestre lapidandi, sicut hore mutabiles sunt, sic et affectus hominum, et ita ipsi in die mutentur, homines quasi hore, et qui ambulat in die, id est in pace, sicut ego et vos, non offendit aliquem, et ideo securi eamus. Et addidit. Lazarus mortuus est, et gaudeo propter vos, quia non eram ibi, quia dum longe positum indicavit, roborantur fides eorum. Dedit ergo Ihesus discipulis in Bethaniam, et Martha occurrit ei extra castellum. Et advocavit Mariam. Multi Ierosolimitani plenarie qui venerant ad consolandas sorores. Bethania non distat a Ierusalem nisi [illegible] stadiis xv. Veniunt ad monumentum et ad vocem Ihesu non solum suscitatus est, sed prodiit ligatis manibus. Multi ergo de Iudeis abierunt ad phariseos et nunciaverunt que viderant. Et celebris erat sermo de eo apud multos.

Multi enim iam ascendant ad diem festum ut sanctificarent se. credit enim h esse festum in die qua legitur in Regum. sexta feria. et quinquaginta sunt dies prima s. die mensis. primi sed legem. De pontifi

Collegerunt ergo pontifices et pharisei concilium

et pharisei consilium. et dicebant

Quid facimus. si dimittimus eum sic, venient romani et tollent locum nostrum et gentem. a. d. uestabit et ierusalem et gentem et scilicet locus iste. quem alexander et pompeius. et alii uestati sunt ipsum. et reges persarum et egipti. hic autem homo docet sacramenta abolenda. et nova. quos romani sciunt et templi tollent eas audientes impune tollendas. Tunc caiphas qui pontifex erat anni illius quid faciendum erat docuit. Expedit ut unus moriatur homo et non tota gens pereat. et propheta ualens huma no genere mortem sic. hic nesciens. Ab illo ergo die cogitaverunt quomodo interficerent eum. immo decreverunt ut interfice rent. ducentes in ierusalem. Jesus enim iam non palam ambulabat apud eos. sed abiit in desertum. in ciuitatem que dicitur effrem.

Ex quo iam destinata erat mors. ab illo sabbato quo collegerunt concilium inchoauit memoriam dominice passionis et hymnis et litaniis sola pater in responsione et in fine missarum plene et nona dicitur et mediana lamentationum.

De ierusalem

Factum est autem dum De ablatione adventus domini

complerentur dies assumptionis eius. firmavit faciem suam ut iret in ierusalem. Assumptionem ipsius dicit lucas non solum quo assumi debet de mundo ad patrem. sed et secundum preceptum de agno paschali qui x die primi mensis assumebatur de grege et seruabatur usque ad quartamdecimam. In hunc modum iesus x die in ramis palmarum venit ad locum passionis et mansit in eo usque dum passus est. De x leprosis

Et factum est dum iret in ierusalem transibat per mediam galileam et samariam. et ingressus quoddam castellum. occurrerunt ei x uiri leprosi. dicentes. Jesu preceptor miserere nostri. et respondit Jesus ostendite uos sacerdotibus. et dum irent mundati sunt. Quorum ut unus uidit se mundatum rediit. et adorauit ihesum. magnificans deum. et hic erat samaritanus. Qui non redierunt iudei erant. in quo notatur perfidia iudeorum. De samaritanis nolentibus eum hospitari

Cumque premisisset nuncios in ciuitatem samaritanorum non receperunt eum in hospicio. Samaritani enim iudeos habent exosos. in ierusalem adorare. et uidentes iacobus et iohannes dixerunt. Vis dicimus ut ignis descendat de celo et consumat eos. Et increpauit eos dominus. Jesus ambitionem

que inuadat in helia. in hiis dampnationem. qui ille ex contrario hic ex eis hic apprehendit. De peticione filiorum zebedei

Et assumpsit iesus duodecim

et ait. Ecce ascendimus ierosolimam. et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur. et crucifigetur et tertia die resurget. quod audientes filii zebedei. putantes summe regnum ihesum in urbe suggesserunt matri ut peteret eorum sine nomine. quo concesso subdidit. Dic ut hii duo filii mei sedeant unus ad dexteram et alius ad sinistram tuam in regno tuo. Jesus autem non respondit matri sed petentibus per matrem. Nescitis quid petatis. a. d. pro solacionem. queritis in celo que nulla ibi est. et male queritis. Regnare enim nullus qui non meruit. Potestis bibere calicem. quem ego bibiturus sum. aut baptismo quo ego baptizor baptizari. Dicunt ei. possumus. Calix passionis. dapsa modo est ad similitudinem lance. inmunde. Sicut enim lancea

Sola unitas esse videtur faciem. adorans. et idem in perfectis diebus apostoli soli dimissis horis sine ad completorium. sed sibi sufficientium. et iii. signant infirmitas corporis. que de puluere sumpta. et infirmitas animi. que per nos non erigimus et ex debilitate. quia non audemus erigere oculos ad celum et prudentia. quia tendimus in cadimus. quia inferius descendimus et iudemus. quia in pratis ordinibus clerici genibus ut salomon et sed eleuata facie orauit. a. d. Trahe me post te quia odore unguentorum tuorum curremus. et in domi cilia secreta ibimus. et primo quo exprimitur dum dolet utrum. In sabbato dominica uisitat ihesum.

mergitur. et accipit alterius coloris dignitatem. sic nos in mortem descendimus corporaliter. et resurgimus spiritualiter. Calix ad literam est uas quo calidam sumimus potionem. macrobius et theodolus dicit calicem esse quem inuenerunt alacres dixerunt. Calicem. qui ut mutata i. in a. littera dicitur calix. Cassiodorus dicit super psalmos. Calix dicitur passio. que cum mensura bibitur. fidelis enim deus. qui non sinit nos temptari super id quod possumus. Est enim calix uas. in quo mensurate distribuitur potus bibentibus. Et secundum hanc distinctionem calicis et baptismi recte subdidit dominus. Calicem quidem meum bibetis. et tacuit de baptismo. Johannes enim non martirium sed passiones multas ante mortem sustinuit. Alii tamen calicem et baptismum per eodem accipiunt. s. pro martirio et dicunt iohannem animo fuisse martirem. quia animo non defuit martirio et in feruentis olei dolium missus. In hunc modum ieronimus dicit de monachis. Monachi debent habere priuatum martirium.

sequntur. sequntur et ipsi martires sunt. addidit quoque ihesus. Sedere ad dexteram. uel ad sinistram meam non est meum da-
re uobis. subaudi. talibus. quales estis. quia estis ambitiosi
uel nobis quam uobis. quia estis propinqui mei. Non enim persona-
rum acceptor est deus. uel non est personarum aliquam absoluere.
sed meritis in dando salutem. Et hoc. Et cum indignarentur
x. de duobus fratribus. uocauit dominus. hos et illos non uen-
tos. ad regnum. nisi per humilitatem. et dedit se in
exemplum dicens eis. filius hominis non uenit ministrari
sed ministrare. Et enim homo cecidit per superbiam.
per aliam uiam redire oportet. eum in regionem suam. ad
quod significandum dominus ihesus. in passionibus redit per ali-
am uiam. ab ea per quam ingressus est. De Zacheo et ceco

Et cum ingrederetur iericho. illuminauit cecum unum et egressus perambulabat iericho. Zacheus autem princeps publicanorum. qui pusillus erat. ascendit sichomorum ut uideret ihesum transeuntem. Sichomorus siue fatua dicitur. in foliis moro. In aliis similis ficui. unde dicitur quasi sichomorus siue altitudine plenus. unde et a latinis celsa dicitur. Et dixit ei ihesus. Zachee descende quia hodie in domo tua oportet me manere. et descendit et excepit illum gaudens. Tunc zacheus dimidium bonorum suorum dat pauperibus. dimidium retinuit. ut inde redderet hiis quos defrau-dauerat. que in duplum resti-tuere sed legem. ut supradictum est.

[Salus est descendentium. Judeus adhuc est in simbolis. ita (?) quasi timentes erant ma-iores. in choro et in processionibus posteriores sunt.]

Et ait ihesus. hodie huic domui salus facta est. eo quod et ipse domus zachei filius sit abrahe est. [sc. non natura. uero sed carnem. sed fide.]

Et egrediente. De duobus cecis.

Iericho. secuta est eum turba multa. Pauca enim non audiebant ingredi deserta propter latrones. Et ecce duo ceci sedebant secus uiam. ex quibus unus erat bar-thimeus. id est filius thimei. Qui cum clamarent fili dauid mi-serere nostri. et cum increparentur ut tacerent magis clama-bant. Stetit ihesus et illis ad se uocatis ait. tetigit oculos eorum. et confestim uiderunt et secuti sunt eum.

Ihesus autem ante sex dies De Alabastro unguento paschae. uenit bethaniam. id est sabbato ante ramos pal-marum. qui dies erat sextus. ante pascha. secundum numerationem temporis. et diem paschae etiam non inpositum. et erat in domo simonis leprosi. Simon fuerat leprosus quondam. et a domino sanatus. sed tamen pristinum nomen adhuc manebat. sicut dicitur matheus adhuc publicanus. Multi quoque in-de exierunt illuc. qui conuenerant ad diem festum non propter ihesum tantum. sed ut lazarum uiderent. Cogita-uerunt quoque principes sacerdotum. ut lazarum interfi-cerent. Fecerunt autem ei cenam. et martha ministrabat. et lazarus unus erat discumbentium. qui ut dic-

itur genus de urbe domini. conuiuis ministrauit. [...]
loca penarum et sedes inter diligentem narrationem indi-
cauit. et ita uitam longis temporibus ignoratam eandem
inuenerunt perditam. Maria quoque habebat. alabastrum
unguenti nardi. id est pixidem. de alabastro plenam un-
guento nardi. Sicut enim dicimus calicem uini id est
fusum uadis. et hic sic dicitur hic huius alabastrum un-
guenti. est quoque genus marmoris candidi et pluribus ua-
riis coloribus intinctum. quod incorrupta seruat unguenta.
Nardus autem est frutex aromaticus. crassa radice. sed bui. nigro
et fragili. acerbum odoris. folio paruo densoque. cuius cacumina
in aristas se spargunt. pigmentarii spicas et folia nardi
celebrant. unde ad commendationem unguenti ait marcus.
spicati pretiosi. erat enim de nardo. id est de india. in dici. Alia enim
nardi genera. uilia sunt. Johannes commendationem expressit.
dicens. libram unguenti nardi pistici. id est fidelis. pistis
enim grece. et pistis fides dicitur. nulla scilicet adulterina ad-
mixtione corrupti. Quidam tamen pisticum. a loco dictum putant. Confracto autem alabastro. fudit maria ala-bastrum et effudit unguentum super caput ihesu. et unxit pe-des eius. et extersit capillis suis.

[vel pisticum. id est mixtum de spi-cis et foliis confectum. quod est preciosius. ut dicit beda super marcum et forte pix-is mixtum sonat et nuncupatum pixidis]

et domus impleta est ex odore unguenti. Et quia ea die maria fouit pedes domini unguento. in memo-riam eius ecclesia eodem sabbato dominus papa uiuulas (?) debet ero-gare pauperibus. huic enim pedes domini fotos dominum sedentem in celo. adhuc sunt ambulantes in terra. cuius largitionis occupatione ea die non egreditur ad aliquam occupacionem, etiam. cum ceteris diebus quadragesime. stationem faciat ad celebrandam missam. Inde est quod in quibusdam gradualibus legitur in rubrica. sabbato uacat. quia dominus papa elemosinam dat. et in concilio capitulari. ebdomade quadragesime hebdomadis quinte feria. ii.
datum fermentatum. consistorio lateranensi. Nec mo-
ueat te si ob aliam causam inueniri diem dominicam uacan-
tem. Indignabatur autem iudas scariotis. est enim per-
dito unguento. cum posset uendi. trecentis denariis et dari
pauperibus. Erant et alii indigne ferentes. et dicentes.
ut quid perditio hec unguenti facta est. Ipse quidem propter
pauperes indignabatur. quibus fere nihil uite perfusum erat. Judas uero quia fur erat. et loculos domini habuit. et mitte-bantur. potabat. id est auferebat. habebat uxorem et filios. sicut scriptum est de eo. fiunt filii eius or-phani et uxor eius uidua. Uxori quoque et filiis dabat. quod fu-rabatur.

[Legitur in quibusdam sacramentariis. tradio ad dominicam petrum. et sequenti dominica uacans. quia non habet propria. antiphona ad introitum. sed precedentia repetitur.]

et ait illis ihesus. Quid molesti estis huic mu-lieri. quia bonum operata est in me. Ad sepeliendum me fecit hoc. id est fecit quod dicitur. sed officium sepulture. Johannes

[id est non solum ferebat sed et asportabat]

nit. Sine illam ut in diem sepulture mee servet illud. Marcus exponens hoc ait. Quod habuit hec fecit. Prevenit enim ungere corpus meum in sepulturam. subaudi ponendum. q. d. Sine ut faciat de corpore vivo quod volet facere mortuo. hoc non potest. Forte a spiritu sancto hoc est revelatum. sic preparavit unctione sepulture mulier. Tunc dixit ei Ihesus. Opus hoc memorandum. Ubicumque predicatum fuerit evangelium. hoc est in toto evangelio hoc. Nondum enim scripta fuerant cetera. De [illegible] hic. et [illegible]

Mane autem facto ascendebat Ihesus Ierosolimam. et dixit discipulis eius. Et cum venisset Bethfage que erat vicus sacerdotum in latere montis Oliveti, misit duos ex discipulis suis, in castellum quod erat contra eos, vel in Ierusalem, ut adducerent ei asinam, et pullum eius qui erant alligati in bivio. et si quis dixerit, dicite quia dominus his opus habet. Asina hoc est domestica iumentis. subiecta parvulis. qui propria iumenta non habent. Cumque quis quibus in ea fuisset pabulum datur ei. et pullus qui pater ad opus iumenta [illegible]. Nondum enim quisquam ascendebat. cum Ierosolimam venit in que obsequium. Quidam. Dicam eum subiugalem putant. Quod dominus exposuit. Hoc utrumque nomen ob eandem causam inditum est. Hoc enim iumentum primum videt hoc. et ascendendo asinam dixit, latum et gravis subiugalem. Hii duo missi dicuntur fuisse Petrus et Philippus. Samaria. In hoc tunc dum ascendit Ierosolimam. [illegible] eum esurisse et accessisse ad ficum, et cum hic invenisset in ea nisi folia. et non fructum. ait. Numquam ex te exeat fructus amplius. et statim aruit. Quod tamen figurat synagoge maledicte et antichristos mediatores fecit Ihesus. Non enim querebat fructum ex ea cum nondum tempus ficorum esset. Quod licet apud Matheum legatur sequenti die factum. Matheus quod de clypeo. alia die cum exiret a Bethania. esuriit. primo recapitulando dicit illos. Marcus enim narrat hoc factum esse ante eiectionem ementium et vendentium de templo. quam constat die dominica factum. Iter ob aliud causam hunc ordinem. Matheus sequentem. nisi quod post Matheus scripsit. sive autem Matheus secundum seriem. dicit factum recapitulando sive Marcus ante orationem. preoccupando quod de suo nunc quod de die, alter breviter tegere reliquitur. Euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis Ihesus et ponentes vestimenta sua super pullum eum super sedere fecerunt. Marcus et Lucas et Iohannes non dicunt eum sedisse nisi super pullum. Zacharias quoque propheta dixit. sedens super pullum asine. Matheus dicit eum sedisse super asinam et pullum. Quod licet huius esse videatur. tamen esse potuit ut primo insedisset pullo. et forte quod nondum domitus

et lasciviens erat. descendit et insedit asine. Quod si de pullum tantum Matheus utrumque posuit et misticum. Quod autem hoc propheta, et discipuli non cognoverunt discipuli donec glorificatus fuit Ihesus. Quod Glosa [illegible]

Et cum appropinquasset Ihesus ad Flevit super civitatem descensum montis Oliveti. multi descendentium cum eo substernebant vestimenta sua in via. alii cedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turba autem multa convenerat ad diem festum, pueri et plebs et Ierosolimorum. tollentes ramos palmarum processerunt ei obviam. et qui precedebant et sequebantur clamabant. osanna filio David. Et est osanna, hebreum verbum compositum ex corrupto et integro. osi sonat salvifica. anna est interiectio obsecrantis. sicut pape admirantis. Quod in latino eloquio non habemus ea posuit ieronimus. Obsecro, quasi osanna, id est salva. obsecro, id est, ora domini ut dicit vos duo pueri pro regum filio et cum in tuo [illegible] dicentes filio David. osanna. id est salva. obsecro. Vel [illegible] duo dicentes, et tunc legitur ita, dicentes osanna filio David, et quod quidam secundum sermonem dicebant. Benedictus qui venit in nomine domini, subaudi, rex Israel. Est vox vel ut. et benedictum quod venit regnum. patris nostri David. ad hoc de quo dominus dabit illi dominus sedem David patris eius. et tunc gaudentes illa ad Christum dicebant. osanna in excelsis. quod sicut forte probant sublimitatem regni Christi. tamen prophetice vociferantes eum regem celi et angelorum predicabant. et quidam pharisei de turba. dicebant ei ut increparet discipulos. quibus respondit. Si hii tacuerint lapides clamabunt. quod in passione post tenebras prime. post saxa clamaverunt eum dominum, salvatorem mundi. Et ut appropinquavit. flevit super civitatem dicens. Quod si cognovisses et tu. subaudi fleres. quod circumdabunt te inimici tui vallo et non relinquent in te lapidem super lapidem. q. d. Si cognosceres ruinam tuam futuram et quam ei quesita sunt. In hac die que ad pacem tibi, fleres. Quod autem illa ierusalem post funditus sit eversa. apparet. quod locus calvarie qui tunc erat extra et sepulcrum modo sunt intra. Elyus enim adrianus eam postea edificavit, reparavit mutavit et nomen et locum vocavit eam elyam. Matheus autem patrem dicit dominus. quod cum milvus et hirundo cognoscat tempus suum. ipsa non cognovit tempus visitationis sue. et cum ingressus urbem commota est universa civitas dicens. quis est hic. Turbe autem dicebant eum. Ihesum [illegible] prophetam. [illegible]. Commemoratur hoc processionis [illegible] quot annis, semel recolit ecclesia. Ergo dominum cum fidelis. cum ramis quasi obviam. domino extra muros civitatis et vadit usque ad [illegible]. et quasi et ramos quos gestant affligentes deponunt. q. d. [illegible]. absit gloriari nisi in cruce domini nostri

Hoc grecum nomen est. asina vel iumentum. Quod sub iugali [illegible]

ad significandum quod per primum adducunt gentes ad fidem. Petrus Cornelium et domum eius. et Philippus Samariam. Cum in actibus apostolorum legatur Philippus diaconum eum misisse [illegible].

sua

[illegible]

id est per elisionem vel [illegible] vocalis [illegible]

[illegible] dicunt [illegible]

ihu x. Quando enim id erat. et usque ad crucem. que sic ostenderet eis. non est spondium. in generaliter gloria iudei. que extrema gaudii luctus occupat, per eadem significabat. et illa die gaudio passionis subdebatur. Evangelium dominice passionis. forte quia et deus exultantibus uisentibus lamentabatur. et nos passioni passionem. quia passio fuit eius. exultationis per quod flevit. Grece quidem illa quam in eadem die dominicale passionem ut supra ... recte facitur. quia non per illum illam dimittenda. sic et ille qui pontifex suo contra urbem posito in loco predixit crucis ei obtulit. et ipso populum perdente. in ciuitatem ingrediente credimus fuisse. De secundo eiectione emen

Et intrauit ihesus in templum. deinde ementium et uendentium ostendit ruinam urbis. pro qua flebat. maxime ex sacerdotum culpa peruentuam. Sacerdotes enim auaricie sue consulentes in porticibus templi. hostias uendebant quas quidam, ne uenientes de longinquo uices offerrent. si hostias proprio non inuenirent. et ne pauperes qui uices suarum accusarent. ex excusatione peccarent. pecunie non habitu. posuerunt etiam nummularios. qui mutuam sub cautione darent pecuniam. sed quia lex non patiebatur ut a fratribus suis usuras acciperent. excogitauerunt ut collibia facerent. Collibia enim apud eos dicuntur uilia munuscula. ut ciceres et uue passe. et poma diuersi generis. que quod in nummo non licebat. in talibus habebant. Quod prohibuit ezechiel dicens. Usuram et omnem superhabundantiam. non accipietis. Sic et hodie quidam sub nomine caritatis usuram palliant. Et facto flagello de funiculis eiciebat uendentes et ementes de templo. cum hostiis suis. et mensas. nummulariorum euertit. et dixit. Ne domum patris sui que erat orationis facerent speluncam latronum. Non sinebat uas. aliquid de non dedicatum. transferri per templum. Et tradunt quidam. quod quidam fulgor radiosus egrediebatur ex oculis suis. quo territi sacerdotes. et leuite. non poterant ei resistere. sed hoc recte faciunt. qui ceteras facultas in ecclesiis uendere non permittunt. Nec forte. quod maius per miraculo fecit in domini. et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo et sanauit eos. De eiectione templi

Et admirantes principes sacerdotum in templo et sabe dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis. quia hec facis. quod significat ne aliquid de opere insolito. Et potest non credimus quod hec licet. Quare ostende nobis signum. quo credamus tibi licere. Et respondit. Soluite templum hoc et in tribus diebus. illud reedificabo. Illis autem dicebat de templo corporis sui. Salomonicum templum. uii annis completum. Sed autem templum sub ciro. xxx. annis edificatum est. hoc non superiorum. vii quoniam fuit citum in contra sacerdotes potuerunt. Usque ad medietatem domus superiori. Sinebant enim gentes edificium, impediebant. Post inceptum per octo vero annis. ad impium cambise. viii annis. et post uno anno. sub duobus magis. et in uno anno sub dario. filio ydaspis. Sub dario autem nonagesimo eius tempora ista ab eo. in. vi. annis consummatum. quod coleges hinc numerum dierum formationis dominica corporis congessit quibus. ad distinctionem membrorum non ad formationem corporis. Hoc autem non dixit ihesus imperando et consulendo. uel hortando. sed predicendo. et soluite. i. soluetis. De duobus minutis uidue

Templum domini quod modo est in ierusalem dicitur. quis edificauerit nescitur. Quidam dicunt edificatum ab helena. cum de perside triumphans. crucem retulit. Quidam a iustiniano augusto. Quidam a quodam rege egipti. in nomine alladiclis. i. summi dei.

Et respiciebat diuites. qui mittebant munera sua in gazophilacium. philaxe grece. seruare dicitur. gaza lingua persica. opes. Erat autem archa secus foramen habens. posita ad dextram ingredientibus circa altare. in qua mittebatur pecunia offerentium. ad sacerdotes templi reparanda. et seruabatur. tamen erat ibi quedam separata archa. in qua soli sacerdotes mittebant donaria sua. que uocabantur corbanay. Erat et ibi tertia. in qua rex. uel princeps clausum mittebat. que dicebatur musac. tamen quidam. aliter distinguunt. quod quandoque legitur musac. sabbati domini. in illa archa tamen reponitur oblaciones. solempnium dierum. Et quia corban nostrum sonat. dicunt in corbanam ponitur uotiua. in gazaphilacio aliquorum dierum munera. et spontanea. tamen. generaliter earum. generaliter in templo gazofilacium dicebatur. et loca in quibus erant posite. Unde hoc. hec locutus est ihesus in gazophilacio. In ezechiele quoque thalami. sacerdotum dicuntur gazophilacia. Uidit et quandam mulierculam paupertulam mittentem duo minuta. quod est quadrans. i. duos ereos nummulos ualentes quantum pretium sicli. i. obolos. v. et dixit. eam misisse plus quam omnes. quia totum uictum miserat. Alii ex superhabundantia. De phariseo et publicano

Dixit et ad quosdam. qui in se confidebant tamquam iusti. et aspernabantur ceteros. parabolam. de phariseo et publicano. et conclusit. omnis. qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Ut dies pernoctabat in bethania.

Et cum uespera iam esset hora. redibat in bethaniam et ibi mansit. Erat enim diebus docens. in templo. noctibus exiens. morabatur in bethania et omnis populus manicabat ad eum in

(eo. i. fluebat)

a dyslumo. xlvi. edificatum est templum in tribus diebus [illegible]

uidet

Sed tota illa septimana penosa dicitur quia per totam illam laborauit dominus recreando sicut per primam mundi ebdomadam creando.

templo, audire eum. et sequebantur eum. et cibabat (mane / mala)
eos. Vnde iohannes ait. Cum esset ierosolimis in pascha.
in die festo multi crediderunt in nomine eius uidentes
signa que faciebat, similem creationem referunt marchus
capitulo ... et lucas ... (uico) De Inficacione ficulnee
Erant autem quidam gentiles. xciiii
Vt adorarent in die festo. Et dixerunt philip-
po dicentes. Volumus ihesum uidere. qui assumpto andrea
dixit hoc ihesu. et respondit. ihesus. venit hora. ut cla-
rificetur filius hominis. et cetera. Plenitudo gentium credentium
est quod tamen post passionem. Sicut insinuauit dicens.
Nisi granum frumenti moriens. id est ... manet. Si autem
mortuum fuerit. multum fructum affert. Et quia grano
frumenti se comparauit ... mola crucis. de hoc grano tamen
conficitur corpus christi. et addidit. Qui odit animam suam.
id est uitam. in hoc mundo in uitam eternam custodit eam. et
qui uiuet eternaliter. Siquis michi ministrat me sequatur. et me-
cum erit. Nunc anima mea turbata est. et quid dicam.
Pater saluifica me ex hac hora. pater clarifica (bo) no-
men tuum. et uenit uox de celo. et clarificaui. et i-
terum clarificabo. id est clarum feci ... ut
sed homini clarificaui in baptismo. in ...
clarificabo. in resurrectione ascensione et iudicio. et
quidam dicebant tonitruum factum. alii quia angelus lo-
cutus est ei. et ait ihesus. propter uos hec uox facta est. Nunc prin-
ceps huius mundi eicietur foras. id est princeps amatorum mundi
per fidem ... Et ego si exaltatus
fuero a terra. omnia traham ad meipsum. id est ex omnibus par-
tibus mundi. Et cum intelligerent crucifixionem. que
forte uocabatur ab eis dicebatur exaltatio a terra. qui oppo-
suerunt ei. quod si exaltaretur non erat christus. audierant enim
ex lege. quia christus manet in eternum. Qui non determinans
dixit. quia modicum lumen in eis erat. et cum uespe-
ra esset, redibat in bethaniam. De filio qui nega-
Et iterum rediens diluculo. tercia uit ire et iuit in uineam
sabbati in templum. docebant populum. et accesse-
runt. ad eum principes sacerdotum. dicentes. in qua po-
testate hec facis. quia quid est quod eicis de templo. Apostolus
cum non sis sacerdos. et doces nos inconsultis. ihesus autem
oppositionem reddidit (uice) opposito non solutione interrogo. et ego
uos. baptismus iohannis ex deo erat. an ex hominibus.
et cetera. quia dicunt est quod ex deo debetis credere iohanni de po-
testate mea. quibus cum dixerint se nescire. quod esse
sciebant. noluit eis aperire. de sua potestate. Qui autem
aprehendi eum erant alii timens. et non ipsi. et sic indica-
uit. parabolam duorum filiorum quorum uni dixit pater.
Vade in uineam, qui ait uado. et non iuit. et cum quo
filii christe. quasi eorum facit uoluntatem patris. dixerunt.
Nouissimus. exquisitando nolentes dicere ueritatem. uerbis
intelligentes de eis dixisse.

et respondit. nolo. tamen postea iuit. Vnde alii patri. uado et non iuit

... eos

exciderunt. Primus. Vnde ihesus subdidit. Publicani et me-
retrices precedent uos in regno dei. De parabola de ui-
Iterum proposuit eis parabolam. de patrefa neis
milias qui plantauit uineam. et locauit eam agrico-
lis. qui misit seruos ad recipiendos fructus. occiderunt scilicet
prophetas seruientes. Ezechiam sectum per alsia. etc.
et ceteros et multos lapidauerunt. et mittens pater fili-
um ait. forsitan uerebuntur filium meum dicentes an-
tea. et cetera. et ... ecce pater ignorare dicitur. et quia quod
respondentes fuere si intelligant quod filio. qui se dicit ig-
norare. consummationis diem. Quem cum uidissent agrico-
le dixerunt. hic heres. quia sacerdotes illum sciuerunt uenisse.
cui pater dixit. dabo tibi gentes hereditatem. et eiecerunt ap-
prehensum filium. eiecerunt eum extra uineam. et occiderunt. Quid
ergo faciet illis dominus uinee. et dixerunt sed lucas. Absit.
intelligentes quod mecum occiderunt. marchus dicit eos
dixisse. malos male perdet. et uineam suam locabit
aliis agricolis. Si autem non dixerunt uoce. sed dicebant in
conscientia. quod autem si facerent erant. probauit dicens. quia
sic erat scriptum. lapidem quem reprobauerunt et cetera. hic factus est in
caput anguli. Inadentia
Ho ratione debet fuisse lapis positus ad
edificium templi. nec in eo congruere in eo poni po-
terat. donec consummato que in angulo sursum positus est,
ita congrue. quod mirarentur omnes. nec per significationem tamen
intellexerunt. Hic est. qui fundamentum est. et quod ...
superinnitet. Qui cum audissent sacerdotes. et pharisei.
uoluerunt eum tenere. et timuerunt turbas.
Et dixit eis iterum in Inadentia
parabolis. Simile factum est regnum celorum regi. qui
fecit nuptias filio suo. qui cum tercio misisset ad in-
uitatos. ut uenirent. et excusantes se noluissent uenire,
misit seruos suos. ut inuitarent quoscumque inuenirent. Qui uiuat.
introduxerunt bonos et malos. debiles et claudos. deuotas
enim corporis uenientem excludit a regno. Immo et sepe
quod compellit. et intrauit rex ut uideret discumbentes. quod
erit. cum ueniet ad iudicium. Tunc enim uiuos iudi-
cabit. id est reddet quod uniusque. et quia inueniet in ecclesia sine
ueste nuptiali. id est caritate. mittetur in tenebras exteriores.
id est locatos ipsum positus. quia tunc in loco sunt inferiores.
Potest et dici de tenebris mentis quia quidam sunt inte-
riores. id est in ecclesia alii exteriores. qui extra ecclesiam. sicut infideles.
et heretici. tunc enim ecclesia mali exteriori placentes. ut
sunt preces cum infidelibus. De herodianis et questione
Tunc inierunt pharisei de tributo reddendo.
consilium. ut caperent eum in sermone. et mittunt
discipulos suos cum herodianis. Herodes uenerat ... ter-
cha ad diem festum. et gentiles milites secum
adduxit. uel de antiquis militibus iudeis. ascalonite

adhuc superant ibi. Et venientes ad ihesum dixerunt. licet censum dari cesari an non? Iam enim dubitabant mitte inde de tributo reddendo vel non, vel intellexerant post insurrexionem iudeorum. Et ait ihesus. quid me temptatis ypocrite? ostendite mihi numisma census. Et numisma est nummus sculptus in nummo. quasi et moneta dicitur pro qua nummi dederunt. hoc autem pro ipso nummo. Et ostenderunt ei denarium. qui pro censu capitis dabatur. Et ait illis: cuius est ymago hec et superscriptio? Dicunt ei. cesaris. Nec cesaris tyberii sculpebatur. Reddite ergo que sunt cesaris cesari; et que sunt dei deo. primicias decimas et oblationes.

In illo die accesserunt *De vii. viris mulieris* saducei. qui resurrectionem non credentes. sugillabant phariseos querentes. de septenaria muliere. cuius esset in iudicio. quod uel ipsi confinxerant. uel erat possibile. uel forte iam euenerat. qui cum eandem questionem proposuissent. ihesus respondit. in resurrectione non nubent. mulieres. neque nubentur viri ab eis. id est non ducentur. quia homines immortales. non egebunt propagatione sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum. probavit ex libris domini quod dixit moysi in rubo. Ego sum deus abraham. et deus ysaac et deus iacob. quia illi prophetas non recipiebant. credentes eos testimoniis non potuit uti contra eos. Est autem probatio talis. ipsi putabant animas cum corporibus interire. hac autem auctoritate probatur animas uiuere post corpora. alioquin si homo moriens penitus in nichilum redigeretur. tunc dixit deus. se deum esse nichili. manentibus ergo animabus. post mortem. colligitur quod corpora resurgent. ut cum eis recipiant anime. quod cum eis meruerunt. aliorum turbe incorporati sunt.

De mandato primo et secundo in lege

Pharisei autem uidentes quod silencium inposuisset saduceis, conuenerunt in unum. Et accessit unus legis doctor. temptans eum et dicens. magister quod est mandatum magnum in lege? Et ait ihesus. Audi israel. Dominus deus tuus unus est. hoc non est de mandato, sed preostendit. de quo dicitur mandatum. quod tale est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. et ex tota mente tua. Secundum simile est huic. diliges proximum tuum sicut te ipsum. id est de te simile est secundum. homo enim est ymago dei. et respondit scriba. in ueritate dixisti. et hoc est maius omnibus holocaustomatibus. Patet iam scribas et phariseos. fuisse questionem. quidam enim legis opera preferebant dilectioni. alii econtra. quod autem legem prophete deo placuerunt. per dilectionem sui omni sacrificio. primum autem et secundum dicit mandatum. quantum ad ea de quibus mandantur. cui ihesus ait. hoc fac et uiues. Ille autem uolens iustificare se ipsum. ait ad ihesum. et quis est meus proximus? cui ihesus ostendit. omnem miseram facientem. esse proximum et ipsi ihesum ipsi et aliorum proponens. parabolam samaritani qui incidit in latrones. sicut distinguitur hec parabola. erat enim ierusalem. quia in illo deserto, erant latrones, qui sepe sanguinem fundebant. sed et domum. quod sanguinem sonat. uocabatur. Erat autem omnis populus suspensus. et audiens ihesum. *De confutacione phariseorum*

Congregatis autem phariseis interrogauit eos ihesus. Quid uobis uidetur de christo. cuius filius est? dicunt ei. dauid. et ait illis. Quomodo ergo dauid uocat eum dominum suum dicens. Dixit dominus domino meo. sede a dextris meis. Si dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est? id est dauid. Nos putamus christum futurum. purum hominem. Quid ergo erat dauid. in quo erat christus. nec ergo erat deus dauid. Manifestum est quod dauid. et propheta loquitur. post enim prophetas sunt. et domini dominus filiorum quam filii parentum. Iudei exponunt hunc psalmum septimum. in persona eliezer. qui post uictoriam regum. ait. dixit dominus domino meo abrahe. sede a dextris meis. sed sequentia psalmi non conuenit.

Tunc locutus est ihesus *De doctoribus phariseis* [illegible] ad turbas et ad discipulos. *[illegible]*

Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. que dicunt facite. que autem faciunt nolite facere. Sicut sanctificat locus hominem. sed homo locum. Sicut non omnis sacerdos sanctus. sed omnis sanctus sacerdos. doctrinam accipiatis non mores. apibus hic non sunt imitande sed flores. Et addidit. Dilatant enim philacteria sua. et magnificant fimbrias. quod supra expositum est. Amant uocari rabi. Vos autem nolite uocari rabi. unus est enim magister uester. Et patrem nolite uocare uobis super terram. unus est enim pater uester qui in celis est. Sicut prohibet dominus doctrinam super cathedram. nec salutationes in foro. non uocari magistrum et patrem. sed ambitionem et uanam gloriam. *[illegible]*

Ad ostendendum autem que *De eternitate*

iam phariseis dicit euenienda subdidit. Ve uobis qui diligitis. primas cathedras. Ve uobis pharisei ypocrite qui seratis clauem scientie et clauditis regnum celorum ante homines. Ve uobis qui deuoratis domos uiduarum. Ve uobis qui circuitis mare et aridam. ut faciatis unum proselitum. id est aliquem gentilem. aduenam conuersum ad iudaismum. et facitis eum filium gehenne. duplo quam uos. quia rediens ad uomitum peior est quam ante. quia preuaricator. Ve uobis qui dicitis. qui iurat per templum nichil est. qui autem in ea oblata super aurum. debet. sacerdotes ut iuramenta uel plura ad decidendum. dicebant. data sunt et oblata sanctiora quam ipso templo. et altari. dominus. quod dixit. quod templum et altare quodammodo sanctificabant in eis ob

que lauro templi debetur. quod per altare [illegible]

tam. que de dedicatione erant. Mata .i. nequissima[m] sollicitabant illud. adhuc multi intus illo laborant. qui putant maius esse lucre per evangelium. quam per deum. Ve vobis qui decimatis omne olus. et relinquitis maiora et iudicium. Hic verbum decimatis dubium est. nam et qui accipit. et qui dat decimare dicitur. Pharisei autem ideo decimas omnium dabant. ut dicitur. sed modo alias dant. qui has non negligunt. dare leviter autem a deo exigebantur. decimas quod et olim. Item. Ve vobis duces ceci excolantes culicem. camelum autem glutientes. Per similitudinem loquitur quod colantur. decem et per veteri ad serpentem sic. Minima diligenter inquiritis. ut decimas. vel villam et iudicium. consilium vero quod maiora grandioris abscondere. Vel ad id quod dominus dicit ceci exclamat. id est minora. precepta. sed diviciis diligenter. exigentes magna. sed maiora dissimulando omittatis. Ve vobis qui similes estis sepulchris dealbatis. que plena sunt omni spurcicia. Item Ve vobis qui edificatis sepulchra prophetarum et adornatis patres vestri. qui eos occiderunt. genimina viperarum vos implebitis mensuram patrum vestrorum. sub dicere Copiosa est. Mittam ad vos sapientes et scribas. et ex illis occidetis et crucifigetis et flagellabitis in sinagogis vestris. Hic patet betricum menerum. qui dicit alium esse deum prophetarum. et alium novi testamenti. ut veniat super vos .i. super eos. maligni omnis sanguis iustus. a sanguine abel iusti. usque ad sanguinem zacharie filii barachie. quem occidistis inter templum et altare.

Si de .xi. prophetarum vel de patre Iohannis dicatur. ubi fuit occisus in templo non legitur. sed dicitur de filio ioiade sacerdotis. quem ioas occidit. ut legitur in regum. et forte pater eius cognominatus est barachias. vel per nominis interpretatione positum est. Barachias enim. benedictus domini interpretatur. Et est. filius barachie .i. benedicti domini. In evangelio nazareorum legitur ioiade. pastorem et ovium. et sacerdotem. Cum commemoravit ihesus. ut duo genera hominum notaret. subditos et prelatos. Multi enim genera per quod peccata cognitio gressatio

Et convertens sermonem ad ierusalem ait. Ierusalem quotiens volui congregare filios tuos. .i. quotiens filios tuos voluntate mea congregavi ve nolentes et negasti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. dico enim vobis non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini .i. ab hoc tempore passionis non videbitis faciem meam. donec ad iudicium videbitis me venientem in gloria dominantis. et fideles magnificabit regnare. et exaltat eos usque tunc divinum predicat.

Et locutus abiit. et abscondit se ab eis. multi ex populo crediderunt in eum. sed propter phariseos non confitebantur. Cumque egressus de templo. accesserunt ad eum discipuli eius. ostendentes edificationem templi. Audierant ab eo de subversione urbis. volebant audire et de templo. quod videbant eis. quod nec capi nec subverti posset. et ait illis. Veniet dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem. qui non destruatur. Et cum sederent in monte oliveti contra templum. accesserunt ad eum discipuli secreto. et querebant. signa. ab eo eversionis ierusalem. et signa adventus sui. et dixit. quedam que adventum sui. quedam que urbis. Primum autem fideles. ne seducantur cum audierint multos dicentes se christos esse. sic enim venerunt. sed non fecerunt signa. quod dixit. Similiter autem gentia. scilicet prelia et seditiones. gentis contra gentem. pestilentias fames. terremotus per loca. terrores que de celo. Predicationes sedent. eam namque eversionem iudei elongata sunt vindicabunt. dum tamen presentis posuit signa. delectationis. Cum videritis abhominationem desolationis que dicta est a daniele stantem in loco sancto .i. ymaginem abhominalem abhominabilem que signum erit desolationis positam in templo. de ymagine cesaris quam pilatus posuit. in templo. quidam hoc exponunt. sed hoc iam tunc erat. si dicatur de ymagine gaii hoc dicere rationem fuerit erat. de statua gaii in templo. vii. annos. x. et xxxii. annis ante eversionem ierusalem sic congregatum est per signo eius. sed eversa urbe. per exercitum adrianus statuam suam. posuit. ut antea stetit. Quarum vestigia sanctuarii quedam adhuc manebant. et iudei qui latentes alicubi remanserant. undique ad locum sanctum redibant. et iterum multiplicati rebellionem statuam. ob hoc adrianus apposuit manum extremam et funditus evertit urbem. et edixit. ne quis iudeorum veniat in terram illam. et de hac ultima eversione intelligitur lucas dicens. et captivi ducentur in omnes gentes.

Cum autem videritis abhominationem danielis. ab exercitu ierusalem. tunc qui sunt in iudea fugiant in montes. Ecclesiastica narrat historia fideles. qui erant in iudea. advenientibus romanis fugisse ad pellam civitatem. ammonitione angelica. orate tamen ne fuga vestra hyeme vel sabbato. sed ad literam non videtur. dicendum de hyeme. Erat autem illa destructio quadam. est fuge in hyeme. quam in tempore estatis. de sabbato dicitur. quod sed legitur ultra mille passus non licebit eis ire vero in sabbato. sed quod ibi iam eminebant. observantia sabbati forte venerunt. in moralibus dicitur. non hyemem quibus aetas aliquam dicamus.

iudeis sanguis iustorum

q̄ 7 hiemis nomen asperitatem sonat. De signis aduen-

Ultimo posuit ihc signa tus sui aduentus

aduentus sui dicens. Erit tunc tribulatio magna
qualis non fuit ab initio mundi. 7 erunt signa in
sole 7 luna 7 stellis. 7 in terris pressura gentium pre confusione so-
nitus maris 7 fluctuum. 7 presertim adeo dies breuiati. nisi fie-
ret salua omnis caro. i. nisi breuiati essent nullus posset sustine-
re pressuras. 7 per patientiam saluari. 7 nota dum. Et

quedam signa iudicii. tetigisse. De signis xv.
dierum.

Ieronimus autem in annalibus hebreorum inuenit
signa. xv. dierum. ante diem iudicii. sed utrum continui
futuri sint. aut interpolati non expressit. Prima die eri-
get se mare. xl. cubitis super altitudinem montium stans
in loco suo. quasi murus. Secundo tantum descendet. ut uix possit
uideri. Tertio marine belue apparentes. super mare.
dabunt rugitus usque ad celum. Quarto ardebit mare 7
aque. Quinto herbe 7 arbores. dabunt rorem san-
guineum. Sexto ruent edificia. Septimo petre
adinuicem collidentur. Octauo fiet generalis terre mo-
tus. Nono equabitur terra. Decimo exibunt homines
de cauernis 7 ibunt uelut amentes. nec poterunt
mutuo loqui. Undecimo surgent ossa mortuorum. Duo-
decimo 7 stabunt super sepulcra. xiii. cadent stelle. Quarto decimo
morientur uiuentes. ut cum mortuis resurgant.
Quinto decimo ardebit celum 7 terra. Quindecimo fiet nouum
celum. noua terra. 7 resurgent omnes. 7 addidit
ihc. Sicut fulgur exit ab oriente. 7 paret usque ad occi-
dentem. sic erit aduentus filii hominis. in celo. scilicet 7 in
aere. Deus enim apparebit in aere. super locum unde ascen-
dit. 7 ante eum erunt instrumenta mortis sue. quasi
uexilla triumphi. crux. claui. lancea. 7 in carne
eius uidebunt cicatrices. ut uideant in quem pupu-
gerunt. 7 in ualle iosaphat uocabuntur omnes homines. an-
gelis congregantibus eos. Quod solus pater nouit diem iudicii.

Tunc subdidit ihc generalem ammonitionem.
Attendite ne grauentur corda uestra. et cetera. sed hec.
Ne superueniat in uos repentina dies illa. sicut in
diebus noe 7 loth. repentinus interitus tulit. uelo-
cius. De die autem illa. 7 hora nemo scit. neque filius
neque angeli nisi solus pater. Sed exclamat arrius
non sunt equales. qui nouit. 7 qui ignorat.
Ieronimus exposuit in minori breuiario super psalmos.
humanitas filii dicit. se ignorare finem mundi.
quod sequitur in regressu quasi exponens. ait. Sicut ignora-
uerint dies horam iudicii. sed non ex natura hu-
manitatis. cum sic exponitur. sic non nouit subaudi
nobis. quibus expedit incertos esse. ut sic uiuant
quasi in proximo. iudicandi. Vel. filius. id est dicitur adop-
(tiuus)

tiui. tunc duo erunt in agro. i. prelatorum. quidam
boni. quidam mali. unus assumetur. i. rapietur obui-
am christo. 7 alter relinquetur. i. non assumetur. duo
molentes in mola. una assumetur 7 altera re-
linquetur. quod de speculatiuis intelligitur. 7 dix-
erunt ei. ubi domine. scilicet assumentur. 7 respondit.
Ubicumque fuerit corpus. illic congregabuntur
aquile. i. ca resurgendo innouati. De uigilia

Nescitis autem. filius hominis erit. tamen. ut si ut
sicut homo. qui peregre profectus reliquit uirginibus
domum suam. 7 dans cuique seruorum opus suum.
ianitori precepit ut uigilet. Uigilate. Quod apostolis.
7 aliis uiris incumbit. uigilare super se. 7 super
gregem. 7 cuique fideli pro modulo suo. Tunc simi-
le erit regnum celorum. i. tunc separabuntur fatue
a prudentibus. media autem nocte clamor factus est. ecce
sponsus uenit. ex. ob. ei. Tradicio hebreorum est. christum me-
dia nocte uenturum. admodum egipti quando pascha
celebratum est. quidam 7 secum sed inopinantur.
quia sicut nocte natus est in mundum. 7 nocte uenit
ab inferis. ita 7 nocte ueniet. Unde dicunt fuisse
apostolorum traditionem. in uigilia pasche non dimitti
populum. ab ecclesia ante profundam noctem. ut qui expec-
tent aduentum domini. 7 dicunt horam illam noc-
tis quamquam sepius diem dicat pro consideratione uenientis.
7 aptet pro manifestatione cordium. alii autem quod dubi-
um dicat dominum non diffinientes. exponunt media
nocte i. nullo sciente De commendatione talentorum

Item addidit parabolam prophetalem uiuis.
ac. qui dedit seruis suis talenta. v. 7 duo. 7 unum.
7 commendauit his qui duplicauerunt talenta. re-
prehendit uero pigrum qui abscondit suum. ait. Omni ha-
benti dabitur. non habenti. auferetur ab eo. i. sibi eo quod debet
habere ut scilicet eo bene utatur. De eodem quoque addidit para-
bolam. de rege qui abiit in regionem longinquam
accipere regnum 7 reuerti. 7 dedit. seruis suis. x. mnas.
7 ait. Negociamini dum uenio. mna pro grecis.
xl c dragmis appenditur. In reditu eius accessit
primus. dicens. domine mna tua. x. mnas adquisiuit.
Cui dominus eius preesse fecit super. x. ciuita-
tes. et cetera. quod pius minus recipiens mfima.

Cum autem uenerit De separatione agnorum 7 hedorum
filius hominis in maiestate sua 7 angeli eius
cum eo. testes factorum humanorum. tunc sepa-
rabuntur boni a malis. 7 statuentur ad dexteram bo-
ni. i. ponentur in dignitatem. mali ad sinistram.
recipiente quod meruerunt. eligendo sinistram. 7 quia
morabitur in agro. sex opera misericordie que sunt palam clarescunt.

i. ea assumetur. quod de coniugatis dicitur. quia 7 uota sunt mundi. unde in lecto. unus assumetur. alter relinquetur.

.x. uirginibus

quod uidetur habere.

portare sacrum. colligere hospitem. vestire nudum. visitare infirmum. Consolari visitat. Septimum legitur in Tobia. sepelire mortuum. et non aliud est hoc quod commendat. ut quod ociosus fuerit. vel in vita sua. per quibus salvabuntur. cui deputabuntur. et ubi hic in duplicatum centum. Illi in iram eternam.

Vocat servum et commendat ei locum extra, una dat ei quod imposuit ei manum. dat ei textum evangelii dicens. Vade predica. et ipse est primo ingrediens evangelium. predicare et ponere quod negociatum ostendens. unam suam. In quibusdam autem cum dat archiepiscopus ligamen dicit. Vade predica. et ille sacri habitat quod in quo significatur quod mortuis cum tegit nullus est in egyptum. [illegible]

vel de igne [illegible]

De igne eterno dicit augustinus. quomodi sit. et in quam mundi parte sit. neminem scire arbitror. nisi per revelationem. Ydonei ignis gehenne igni. hic non uno modo omnes cruciantur. sicut ardorem solis non omnes equaliter sentiunt. si tamen equaliter ignis ille ardeat. non equaliter sentiunt. Gregorius in Iob. mirum modo gehenne ignis corporeus est. et non lignis nutritur. nec successione indiget. et ab initio conditus ab origine mundi. Ubi et ita gehenna maiorem cremationem habet. lumen non habet ad consolationem. non lucet. ut magis cruciat. ad aliquid lucet. nam reprobi sequaces suos in inferno. ut magis doleant. quod et dives lazarum vidit. In libro tamen retractationum de civitate augustini sic legitur. ut ait augustinus. inferorum substantiam incorporalem. et ideo miror quod unum sub terris dicunt inferni. si corporalia loca non sunt. et cur dicunt inferi. si subterranei non sunt. Sed idem doctor dicit. Ideo sub terris dicitur quod esse inferni. quod congruenter in spiritu corporalium. rerum similitudines sic demonstrantur. sicut quod defunctorum anime corporis amore peccaverunt. ad illas corporalium rerum similitudines exhibeantur. quibus carne mortui. solent sub terra condi. Ideo nulli ex hac vita angeli sentiunt. quod vicariusque peccatum fuit. ubi demones cruciabuntur cum principe suo. et in hiis locis adiacentibus. Est enim probabile ut anima que sua sponte sinit a carne fomentum peccandi. nolens ab eadem recipiat fomentum cruciatus. Quasi mundo inferior et sub terra esse dicitur. quia ante prolapsum terrene voluptatis invenit eum. Augustinus de civitate dei. cur non dicamus spiritus et incorporeos posse pena corporalis ignis affligi.

suam. Ignis corporalis demones cruciabit et homines. Ieronimus in epistola ad ephesios. Infernum sub terra nemo est qui ambigat. [illegible]

Et cum consummasset ihesus sermones [illegible]

hos. ait discipulis suis. Scitis quia post biduum fiet pascha. et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Hoc enim feria tertia dixit. et [illegible] quarta ad vesperum pascha immolabatur. xiiii. luna post vernale equinoctium. Ambrosius dicit. hoc nomen pascha grecum esse. et sonare passionem. nomen vero hebreum pasche. sonare transitum. Augustinus vero dicit hebreum esse non grecum et sonare transitum. opinione autem. greco vero in hoc nomine congruenciam utrique lingue. quia enim pati grece pascin dicitur. ideo pascha passio putatur. licet in sua lingua transitum sonat. quare autem pascha dicatur hora illa. legitur exodum xii. dicebatur autem pascha. pasche. vel paschatis. et est equivocum ad tria. vel pascha ipsa. illa quando immolabatur agnus dicebatur pascha. sicut hic. post biduum pascha fiet. et tota dies. etiam horam precedens. nec pascha dicebatur. nec solempnis erat. dicitur et pascha agnus. sicut ibi. Ubi vis paremus tibi comedere pascha. et apostolus. Pascha nostrum immolatus est. Sequebantur vii. dies azimorum. quorum primus et ultimus solempnes erant. medii non adeo. sed et hii vii. quandoque vocantur pascha. ut ibi. non introierunt pretorium. ne contaminarentur. sed comederent pascha. id est ministerium. ne comedent in pascha. vel azima vocat. hic pascha. quia hiis diebus erat usus eorum. Sed mirum si dies azimorum dicebantur pascha. cum et pascha dicatur dies azimorum. ut ibi. dies festus azimorum qui dicitur pascha.

Et tunc. scilicet quarta [illegible]

feria. principes sacerdotum [illegible]

videntes ihesum abiisse et dixisse non videbant in eo aliquid cogitatum esse. Consilium fecerunt cum senioribus populi in atrium caiphe. et tractabant ut tenerent eum. sed occiderent. non tamen in die festo. ne tumultus fieret in populo. Audiens autem iudas eorum congregationem. abiit ad eos et pepigit cum eis de ihesu tradendo pro xxx. argenteis. forte quia audierat dominum. tertia die mortem. et putavit eum in morte detinendum. mortem

Quare autem iiii. feria autem passionem. vendiderunt dominum. ostendit ea die lectionem pacem permittens ecclesie in ima in qua legitur. Exierunt cum eo. et memoria et hec vendicatis per totum annum in ieiuniis penitentie aliis hec feria sed locum habet post leviticum

imminentem sua industria facere voluit. et ideo querebat opportunitatem tradendi eum. sine turbis.

Prima autem die [illegible]

azimorum. id est in ea die. in cuius vespera agnus erat immolandus et comedendus cum azimis. discipuli

quia ccc. denarios valebant. singuli x. et recompensavit damnum unguenti.

discipuli ad ihesum. Ubi uis paremus tibi comedere pascha? et
respondit. Ite in ciuitatem. et occurret uobis homo amphora
rum aque portans. quocumque intrauerit: dicite domino
domus locum ad preparandum. et ostendet. uobis
cenaculum grande. et ibi parate. In superiori parte domus:
faciebant palestini cenacula. tricliniis. autem cubila.
Quod marcus dicit lagenam: lucas amphoram. unius expert
sit generis uasis. alterius modum. Ante autem festum pasche uel
pro festo. uenit ihesus. et discumbebant cum .xii. discipulis
suis. et ait. Desiderio desideraui hoc pascha. mandu
care uobiscum. antequam patiar. Uerba iohannis. Multi
iuerunt grauis fornitem erroris. dicunt enim in parasce
ue lunam fuisse .xiiii. et ita in uespera ipsius fuit
pascha. dominus autem qui sciuit se passurum. ea die. in uespa
antecedenti anticipauit comedere pascha. et quod ea nocte
reliquit potuit comedi fermentatum. de fermento
conficiunt corpus christi. quod si ita non sit: dubile est dominum.
comedisse agnum. ut preceptum erat in lege. Tam
manducasse agnum ut preceptum erat in lege. et
azima comedisse. et hic et liquet quod dominus. errant con
secrando fermentatum. Quod autem dominus fuerit pascha
probant ex uerbis iohannis qui dicit. dominum manducasse
ante diem festum pasche. et in palestina iudei non in
trasse pretorium ne contaminarentur sed comederent pascha.
et sacerdotes hoc disposuerunt: ne occiderent eum in
die festo. id est primo die azimorum. et euangelium uocat
sabbatum. precedentem dominum magnum diem sabbati. quod
non solet dici nisi cum sabbato festum concurrit, et sabbato
fuit primus dies azimorum. medii enim dies. inter primum
unum et ultimum non erant festi. et iam mulieres
in parasceue parauerant unguentum, quod non licet: si esset primus di
es azimorum. Ad hoc dicitur quod. dies festus pasche erat.
.xv. luna secundum illud. et in .xv. solempnitatem cele
brabitis. altissimo domino. Ante hunc diem quia secundum
legem fecit dominus pascha. et ita lucas dicit. ue
nisse diem azimorum, in quo necesse erat occidi
pascha. necesse autem erat ex lege. uel .xiiii. primi
mensis; uel luna sabbatum. autem aliquando in quo nec
esse esset fuerit luna .xiiii.: non legimus. diem
autem magnum sabbatum: uocabant in omnibus festiuitatibus
ebdomadalibus. quocumque die. .vii. dies contigat.
Omnes enim solempnes sunt. et summo aliquo. ut primus
mus et ultimus. ad comedenda. quod azima
.vii. diebus comedebat. eos mundos esse. unde quolibet
.vii. dierum: non poterant intrare pretorium. Quod autem mu
sua die festo.
lieres dicuntur parasse unguenta, dicimus quod non erant
dies aliqui. adeo festiui: ut sabbatum, sicut est pars
terre. sicut et alios parare quod non licet sabbato. quod
si multo ante parauerant. quod audierant a domino sepe

eum in proximo moriturum: sicut uidetur magdalene
iam parasse et per inspirationem. spiritus sancti preoccupasse. Uidetur
quidam tamen. dicunt quod .xiiii. luna. in. feria cena
uit dominus cum discipulis suis. et lauit pedes eorum quod
narrat solus iohannes. et in .xiiii. die comedit agnum
paschalem. et dedit discipulis corpus suum. de quo alii a
gunt. sed usus ecclesie contrarius. quia autem parasceue pedes
pauperum lauat. et secundum tabulam compoti diligenter
inspectam: inuenimus. lunam .xiiii. habet aprilis et feria
.vi. quod in precedenti. .v. feria. fuit luna .xv. et non
quod numquam legitur comedisse carnes: nisi agni paschalis.

Surgens autem ihesus a De ablutione pe
cena: lauit pedes discipulorum. dum
Exeo autem quod dixit. qui lotus est lauacro. non indiget
nisi ut pedes lauet. uos autem mundi estis. sed non omnes.
Deprehendit a quibusdam. quod apostoli baptizati erant. et te
stimoniis; iam docebat eos. quare hoc faciat; exemplum dedit
mutuo sibi. subseruiendi. et in capitum. mutuo di
mittendi iniurias et mutuo subueniendi penalibus.
orando pro eis. .vii. et dominus subdidit. Beati eritis. si
feceritis ea que sola petrum. ablutione non dixisset.
Hec autem cum dixisset spiritu ait. De notatione proditoris.
Amen dico uobis. quia unus ex uobis me tradet. Turbatus est
misericordie ihesus. compaciens iude. quem uocabat. sic et
sancta misericordie turbantur.
cum urgeret eos alterum
magis tacere sequere animes
tem. contrarium quod philoso
phus qui dicit. Animum per
turbatione non cadere in
sapientem. et dicebant
admirantes. Numquid ego sum
domine? quibus ille ait. Qui in
tingit mecum manum in catino
hic me tradet. .xii. in eodem ca
tino. cum domino edebant. et
alii non. a .d. Unus ex .xii.
me tradet. forte ita dixit
intingit. quia sicut agnum
tam laudauit. necesse
erat ad esum agni sacra
mentum ostendit. quod nascetur
stabile pamphilus. quia parata
latus habebant. Apostoli enim
existentes. Uel ut quidam
dicunt. quadratum la
tum uocat. sed nostri pa
rapsis. et addidit ihesus. Ue

Stola uero. in decores uestium
christi in cena deposuit eas
et resumpsit ad columpnam
nudatus; et rendidit ad
ab hoste non legitur uadit ad
crucem. sed rennudatus inde
cuius. prima parte ad dis
cipulos quos in terra reliqui
sit. secunda. ad illos qui re
sumpti sunt die pente
costes. et paulatim re
sumuntur terra ad reli
quias quas resumitur tertio
sine. iiii. ad plenam me
dietatem uestri temporis. quam
numquam resumet sed hanc. iiii.
ad plenam medietatem
uestri temporis numquam resu
met. secunda et quarta re
sumuntur in celo est aliam
a nudatur. sicut tamen
cubiculis. quia flagellis corde
quando aspergunt aqua et uino.
homini illi per quem filius
hominis tradetur. bonum erat ei si natus non fuisset. Ue

hominem illum per quem filius hominis tradetur. vel tali scriptura. eternam dampnacionem notat et est proverbium crudelitatis et ne crudelissimam eius penam intelligamus. et addidit bonum id est melius esset ei si natus non fuisset de utero. tunc enim pro solo originali peccato dampnatus esset. vel absolute dicitur melius esset ei non esse quam male esse. Recumbebat autem discipulus quem diligebat ihesus in sinu eius et innuit ei petrus ut secreto quereret a domino quis esset tradens eum. Non alius credit recubuisse super pectus ihesu. in quo discumbebat inclinatus autem pedes domini. Hunc submissa voce cuncta dominus submissa voce expressit proditorem. cui et panem intinctum porrigeret et buccellam intinctam porrexit iude. Intinctus quod eucaristia non dat intincta et que heresis tollenda que dogmatizavit christum esse totum sub utraque simul. et subvenitur tamen buccellam intinctam. et tunc introivit sathanas in iudam. non tunc primo sed ut qui iam possideret. sicut iam apostoli accepto spiritu iterum dicuntur accepisse spiritum. tunc iudas ait. Numquid ego sum rabi. Ait illi. Tu dixisti. Proditum certum expressit eum. Quod cum sic intelligi. ego non dico sed tu dicis. vel de assertione credis ex ponitur. sed a. d. ore quidem interrogans. qui nescit. sed corde qui novit. hec. te esse proditorem. et exivit iudas continuo. erat autem nox. Tunc ait ihesus. Nunc clarificatus est filius hominis. id est electo tenebroso. remansit solus mundus. cum suo mundatore et addidit. et continuo clarificavit eum deus. id est clarificabit. quod potest intelligi de resurrectione. vel de tantum predicacione. pro quo ipse mortuus apparuit. hiis qui in inferno eum expectabant. De eucaristia data aliis et

Cenantibus autem illis. benedixit ihesus panem et non iude fregit et dedit discipulis suis dicens. Accipite et comedite. hic enim corpus meum. quod pro vobis tradetur. Similiter et de calice ait. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus novi testamenti subaudi confirmator. qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. quod autem ait accipite et comedite de illo dicitur. quod sumptum corpus de manu domini. sibi ministrarent. sed quod vos accipit ipse et ministrent. sed est ac si dicat. Comedite utramque hoc sacramentum in utraque confessione autem eius. nec est in calice dixit accipite sed inmittitur bibite dixit.

(bibite ex hoc omnes. sicut et tunc. ita in primitiva ecclesia omnes qui interesse missis sumebant sacramentum unitatis. Nunc autem quia non possunt omnes digne sumere. sumunt. alii saltem sacramentum unitatis. id est osculum pacis. et dicitur et dicitur. Item est ac si dicat. Sumite ex hoc omnes. vel accipite et dividite inter vos.)

Et nota quod in canone cum consecratur hec verba. Hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. ex

clarata hec verba sic continuato. unde dubitetur cum dominus eadem dixisset. mutasse panem et vinum in carnem et sanguinem. et tunc eandem virtutem contulit dominus illis. ubi in presbiteris et posteris. sic ostendatur. libri. benedixit subaudi dicens. hoc est corpus meum. et tunc fregit et dedit et ait. Comedite et cetera. hoc est corpus meum. vel forte tunc benedixit benedicendo nos non continuo. sed post ad instructionem apostolorum ut benedicendi consecratur a domino. illis illis. hoc est corpus meum. quod autem ante consecracionem eucharistie. dixit iudam exisse. intendit contra luce. qui post calicem traditorem commemorat. sed forte lucas de traditione commemorat. hylarius autem super matheum contra iudam non interfuisse. tunc enim bibentes calicem sed dixit bibitis in regno patris. ad quod iudas indignus erat. de bibentibus multum exiquis. ut per nos ostendet. In aliis autem exceptis dictis contradicitur. dicitur tamen potest iudam accepisse eucharistiam. et tamen ab hylario de finali dampnacione. cum autem dixisset hoc facite in meam commemoracionem. instituit hoc sacramentum. et tacite preceptum distituit. cum et dixit se non bibiturum vinum. donec cum eis biberet novum. adiubebat positum id est novo modo. tamquam novus. non in agendo vinum. immo plus. De predicacione negacionis petri

Tunc ait illis ihesus. Omnes scandalum pacientur in me in ista nocte. Scriptum est enim. percuciam pastorem et dispergentur oves gregis. Zacharias propheta ex persona patris orantis dicet ad patrem. percute pastorem. evangelium autem videns implendum quod ut minatur propheta responsionem patris annuentis posuit. Ego percuciam pastorem. et cum dixisset petrus. si omnes scandalizati fuerint ego numquam scandalizabor. respondit ihesus. priusquam gallus bis vocem dederit ter me abnegabis. marcus hoc plenius expressit ceteris. post primam enim negacionem petri semel gallus cantavit. sed ante secundum galli cantum ter negavit. et ita quando tercio negavit petrus ante primum galli cantum terminatur autem iam completa. Alii quidem evangeliste dicentes antequam gallus cantet ter me negabis de incepcione agunt que est terciam negacionem inchoabis. marcus autem de completione. hec scripsit iuxta petrum. Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Post mortem autem petri. quod dicit unum esse quod pertinet ad

(Item quod in hac die omnes hore flebiles sunt. et sola nulla solempnitas in cantu. et ornatu ministrorum. tamquam in die. sue mortis. quia in suo natali eadem quoque die. cuncta confiteantur. quo fontes benedicuntur. quia ea die postea sanguine agni vincetur. Et quod. sequebatur eius agni paschalis. differtur unctio baptismalis)

unctio baptismatis. usque in sabbatum ut conveniat eius agni. Confirmaret autem dampnatus differri non potuit. quia usque ad baptismum non celebratur nulla in illis diebus. De sermone

Tunc subdidit ihesus consolando. longum sermonem. quem scripsit iohannes. Non turbetur cor vestrum. in domo patris mei mansiones multe sunt. si quominus dixissem vobis. veniens. ponitur pro non. vel de. Si in aliquo non id est si non essent ibi. ego dixissem vobis.

i. non celassem uobis immo dixissem. quia non sunt ibi. sed la- tius subaudi quia uado parare uobis locum. Iam parate erant man- siones. ut dixi in predestinatione. sed adhuc parande erant. operatione. et ipsorum uita. operatione. scilicet. tamen quidam iohannem legit totum. sub una distinctione. sed non mansiones multe essent apud patrem dixissem uobis. quia uado parare uobis locum. meum enim non est parare sed uestrum. et si tenet sicut illud. sede a dextris et a sinistris non est meum dare uobis. tamen et quemlibet sibi parat. et deus parat. parat enim mansiones. preparando mansuros. Cumque dixisset ei thomas. domine quo uadis. respondit. Ego sum uia. ueritas. et uita. q. d. qua uia uis ire. Ego sum uia. unde intrare. quo uis ire. ego ueritas sum. et supremus finis. qui solus querendus est. Quis permanere. Ego sum uita. et nota quam multa arguit eos. in hoc sermone. quod uolu- eritis. ipsum tamen commendat et magnum faciens. quod sed singu- lare de aliis et aliis intelligendum est. sicut et quedam in isto sermone. quibus apluendit sabellius. ut qui uidet me uidet et patrem. quedam. quibus insultat arrius. ut uer- ba que loquor a me ipso loquor. et pater maior me est. et cetera. et in promissione hanc addidit ihesus. qui credit in me opera que ego facio ipse faciet. et maiora horum faciet. Sciendum est quod ablatiuo more gre. maius fuit sanari. umbra petri. quam fimbria uestis christi. q. d. Non erit maior me qui credit in me. sed maiora faciam per eum. quam in sua eo dicit augustinus. super de operibus. que dicit. Non ait de opere ipso. sed dicam maius esse. salutem. ipso operante quam sine angeli. fi- delis ... quis per uerum ... uiuos dare. quam in- pios iustificare. cum sit ... numine de nihil iustitiae. quam de ... sermo non de omnibus operibus eius. Et ait. rogabo patrem. et alium paraclitum dabit uo- bis. sic est ... dabit uobis paraclitum. quia est alius a uobis pater. uel filius et hic ... sunt idem aduocatus. uel conso- lator. Et dicit paraclitum mittet in nomine suo. hoc est ad notitiam eius. et glorificationem. Vel quia hic idem nomen. quod filius. i. deus. Post hoc quod ait sermonem. quam audistis non est meus. Alloquitur eis quod dixit. diligentes se sermones suos seruare. Singulariter dixit sermonem patris esse. nec tamen suum. i. alterius. et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo. et pera et calciamentis numquid aliquid defuit uobis defuit. At illi dixerunt. nichil. qui nunc habet saccu- lum. tollat eum similiter et peram. et qui non habet gladium emat. instruit eos dominus in discessione sua ... eum. sunt enim quedam semper tenenda. ut fides spes humilitas caritas. quedam pro tempore et loco mu- tanda. ut fames sitis. uigilie. orationes. labor operandi et docendi. Tempore ergo persecutionis docet necessaria tollere donec tempus euangelizandi redeat. sopita persecutione. Cumque dixissent. domine ecce gladii duo hic. Respondit. satis est. Unus quo amputaret auriculam. in con- natione ... domini mouisset. Alius qui uaginatus osten- deret apostolos non prius facere quicquid possent. in

dum defensionem. predixit quoque eis ihesus. Ecce ueniet hora. et iam uenit. ut dispergatur unusquisque in propria. et me solum relinquatis. Post hec eleuatis oculis in celum. orauit dicens. Pater uenit hora. et cetera. et orauit primo pro se. post pro discipulis. Tertio pro hiis. qui credituri erant per uerbum eorum. De tria ora- tione in uilla gesemani.

Tunc uenit in uillam domini ... uilla gese- manilis. que dicitur gessemani. man ... ad radicem montis oliueti. trans torrentem cedron. Cedron est genitiuus grecus ... qui latine dicitur cedrorum. et intrauit ihesus in ortum ... cum disci- pulis cum discipulis suis. Sciebat ... et iudas locum. quia illic conueniebat ihesus conueniens cum disci- pulis suis. Et cum intrasset dixit eis. Sedete hic donec uadam illuc. et orem. et etiam uos orate ne intretis in temptationem. ne s. succumbatis temptationi. Et assumpto petro. et filiis zebedei cepit contristari. et ait. Tristis est anima mea usque ad mortem. Singulariter dicitur est. i. multum tristis est anima mea. uel tristis est a- nima mea. usque ad timorem mortis. et pro amore mortis contristabatur. aut pro ruina apostolorum. Vel tristis esse usque exclusiuum. contristabatur enim donec se et suos morte sua liberaret. Vel inclusiuum. s. donec post mortem suam redirent apostoli ad fidem eius. Et progressus ab eis quantum iactus est lapidis. procidit in faciem suam. et orabat. Abba. pater. si possibile est. transfer calicem hunc a me. idem est abba. quod pater. sed abba hebraicum pater grecum et latinum. in quo innuitur deum patrem esse omnium gentium. Ut uero homo horrebat mortem. et uellet non mori. sicut possit de iudea. habebat ... de iudea precessit ut christus. pater ... et a gloria mundi sed sacramentum erat alio potentium. Sed uoluntas non mouendi gloriosos martires facit. non tamen uult sensus carnis uel quod delectat. si autem delectaret eos mori. non iam uideretur martirium. sed quia uoluntati non mouendi subicit- tur deo uiuente. unde subdidit. Verumtamen non quod ego uo- lo. sed quod tu. quidam enim adherentes sacre scripture ... ... hunc. dicunt eum orasse ... pro iudeis. ut si ... possit quod uelet gentes. In ... ... bibere. hunc calicem. mortem s. a iudeis imminebat. Et cum uenisset ad discipulos inuenit eos dormientes. et ait petro sic. Non potuisti una hora. uigilare. q. d. sic erat faciendum. In eo autem dixit illis cetera. ... dormitis. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. quod ... promptum habuisti spiritum. in promittendo te mori pro me. sed nunc patet carnis infirmitas. Sed abiit. et orauit eundem sermonem dicens. et apparuit illi angelus confortans eum. et factus in agonia prolixius orabat. i. in certamine contra mortem. scilicet qui timebat mortem in animo. dum mori uolebat quam ... ... ipso s. resurgendo. et factus est sudor eius. sicut gutta

sanguinis decursus in terram. et venit ad discipulos
et invenit eos dormientes. Et abiit et oravit eundem
sermonem dicens. tunc venit ad discipulos. et ait
illis. dormite. Et cum paululum dormivissent ait.
Surgite eamus. Ecce appropinquat qui me tradet. [illegible]
Adhuc eo loquente. [illegible]
Iudas venit cum cohorte militum accepta a
preside et turba ministrorum accepta a principibus sacer-
dotum. et [illegible] armis. et dedit illis signum. quem osculo
indicaret eis [illegible] ihesum. et ipsi diligenter eum tenerent.
putabant [illegible] ut quidam magicis artibus. post osculum trans-
formatum et [illegible] elabi. et suscepto osculo. vocavit eum
ihesus amicum. tyronice. vel ad [illegible] perimendum. et
cum dixit ihesus querentibus se ego sum. abierunt retro
et ceciderunt. postea tenuerunt ihesum. et ligaverunt eum.
Simon autem petrus amputavit auriculam servo. cui nomen
malchus. ihesus autem sanavit eum. et ait petro. omnis
qui gladium acceperit gladio peribit. idest quicumque
sine lege aut potestate vel gladio accepto peribit.
[illegible] accipit gladium cui datur a deo. vel a lege ut
audiet. [illegible]

Adduxerunt autem ihesum ad annam primum. non quia
collega caiphe. sed quia socer eius. Turpe esset
a domum anne [illegible] adolescens
autem quidam sequebatur eum amictus sindone super
nudo subaudiet corpore [illegible] eum non habebat indu-
mentum. Et sindone qui relicta sindone aufugit ab eis. credunt
quidam hunc fuisse iohannem. quem tunc fuisse adolescentem. longa post eius
vita indicat. et ipsi tamen super illum locum [illegible]
iacebant. quia quasi [illegible]
ait [illegible]
bant. Vel petrus cum di-
cerent. et tu ex illis es [illegible]
vel iacobus. qui cum te-
neretur nudus relicta sin-
done aufugit ab eis.
Videtur tamen potius expla-
nando quam asserendo dixisse.

Prima effusio sanguinis
christi in circumcisione. Secunda
in sudore. Tertia in flagel-
latione. quarta in crucifix-
ione. quinta in mortali
lanceatione. prima in exem-
plum. ut [illegible]
[illegible] secunda in signum
quod sanguine suo irri-
garet. et fecundaret
terram. Tertia et quarta ad
remedium. quinta ad sacra-
mentum [illegible] quod [illegible]
misse in sacramento. prima [illegible]
quam in sola [illegible]
[illegible] effusio san-
guinis. idest totus [illegible]
[illegible] per.
prima usque [illegible]
secunda usque ad mensuram.
tertia usque [illegible]
ad [illegible] [illegible]

Sequebatur petrus [illegible]
a longe. Iohannes notus pontifici [illegible]
[illegible] introduxit petrum. Ostiaria cum iuvencula esset
hostiaria. ancilla dixit. Numquid et tu ex disci-
pulis es hominis istius. dicit ille. Non novi illum.
neque scio quid dicis. Cum autem volentes querere petrus dixit.
quia bene dicit se non nosse illum. Quem nemo proficere novit [illegible]
et cum negavit o homo non sum. se negavit non christum. Cum
quia dixisset homo nescio quid dicis. dicit se nescire falsa con-
silia et dolos. [illegible]
[illegible] lacrimis indicavit. Stabat autem cum ministris
petrus ad ignem. Interrogabat autem pontifex ihesum de doc-
trina eius. et cum dixisset ihesus palam locutus sum interrogans eos
qui audierunt. unus ministrorum dedit alapam ihesu. et
ait ihesus Si male locutus sum quid me cedis. ostendit ihesus pa-
rentem maxillam. [illegible] pa-
tientiam. ad patiendum. si opus sit. et misit eum annas li-
gatum ad cayphan. [illegible]

Erat autem petrus stans in atrio. et calefaciens se. et dixit
alia ancilla. et hic cum ihesu erat. et dixerunt qui asta-
bant. Vere ex illis es. nam et galileus es. et loquela tua
[illegible] galilee manifestum te facit. Tunc negavit petrus
cum iuramento et ait hanc negationem tertiam. et conti-
nuo gallus. et quasi post horam. cognatus malchi dicebat
eum se vidisse in orto cum ihesu. et tunc petrus tertia
Tunc herodes inuitauit gaium in extremo ut concederet cum eo. et cum in extremo esset in quinto admiratus est ... conuiuium. et cepit memorare gaius ... pallas fuerat pro eo herodes scilicet in ... cyberi et alia multa. et precepit ei ut peteret quicquid uellet. at ille respondit ei satis sufficere gratiam suam. et cum ille instaret ut peteret ... ne poneretur statuam. suam in templo ... et considerans gaius animositatem agrippe. quia noluit opes uel honores petere ... et scripsit petronio in hunc modum. sed nondum eius statua posita est in templo. non est necesse ut ponatur. et sic non posita est eius statua in templo. Postea resipiscens gaius scripsit petronio in hunc modum. Quia mandatum imperatoris contempsisti et pollusti munera iudeorum eligere tibi genus mortis quod uis. ut delectet omnes non esse ... obuiare mandato imperatoris. Et ad presentiam ... ut prius audiret famam mortis eius. Quem uidit iniquos hic legebis. cum enim esset romae et rediret a ludis circensibus consilio senatorum interfectus est. et orta est dissensio in ciuitate inter cumam et milites et plebem. Curia dicebant senatores. et iam consulares. uel qui de genere consulum. uel digni ut fierent consules. Et inde uidetur senatores sententiam imperatoris in commoda. et consignantes rem publicam. uolebant extirpare imperium ab urbe. et noluerunt eum redigere ad antiquum statum in quo erat ante iulium cesarem quando erat regimen ciuitatis in arbitrio consulum et senatorum. Sed milites timentes auaritiam senatorum et amantes donatiua imperatorum constituerunt imperatorem claudium. auunculum gaii uirum mansuetum et pium

De Eodem

Ad cum ueniret herodes agrippa ad senatores. ducens secum nobilioribus qui erant in curia. simulans se fauere partem eorum. cum sciret eos inuisos propter mortem gaii consuluit eis ut significarent claudio. ne moueret scisma in ciuitate et consuluit desisteret ab hoc incepto. et senatores rogauerunt herodem ut preferret cum eis ad claudium et persuaderet libenter hac legatione. et misisset ad claudium cum aliis et eis audientibus dixit ei quod diceret coram senatoribus quod uellet claudius desistere ab incepto. Iniunxit autem claudio. ut non desisteret ab incepto. et cepit eos persuadere consentirent. quod non possent impedire et dixit quosdam et tandem omnes. et ita sine contentione factum est claudius imperator et persuasione herodis agrippe omnes occisi sunt. qui consenserant in morte gaii de statua sua ad iniuriam reuocare miratum. quia impium erat et acquieuit ei et precepit ut epistola reuocaretur per singulas ciuitates posita in loco suo eminenti. ut uideretur ab omnibus. Quomodo occidit ia[cobum]

Postea uoluit herodes accipere licentiam a claudio et redire ad patriam. et tunc claudius addidit ei quam tetrarchiam scilicet iudeam. et sublimatus est rediens ad patriam et uenit primo in iudeam. et honorifice susceptus est a iudeis. quia in multis uilitat eis. et cum appropinquarent dies azimorum uenit ierusalem ante diem festum. ut sanctificaretur et mundus manducaret die festo. et ante diem azimorum occidit iacobum. fratrem iohannis. Postea in diebus azimorum uidens quia placeret iudeis apposuit apprehendere et petrum. de iacobo autem refert clemens alexandrinus. quia accusator eius uisa eius constantia ad fidem conuersus est. et in extremo confessus se esse christianum. et sententiatus cum eo ad martirium. dixit iacobo. Pax dans remissionem. at ille paululum deliberans ait. Pax tibi et osculatus est eum. et simul duo capite detruncati sunt. petrum autem apprehensum misit in carcerem. quia in diebus azimorum nolebat aliquem occidere. et tradidit quatuor custodiendum quaternionibus militum. uolens post pascha producere eum ad populum. ne ipse occideret eum. sed populus. quod magis uidebatur ei gloriosum si ipsi occiderent eum quia ipse erat princeps apostolorum. Quomodo

Petrus liberatur de manu herodis

Cum autem in extremo productus esset eum herodes. ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites. uinctus cathenis duabus. qui adhuc erant cum eo domini et custodes iacentes ante hostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit. et lumen refulsit in habitaculo carceris et miraculose factum est quod solus petrus uidit lumen. paulo quo latere petri excitauit eum dicens. Surge uelociter et ceciderunt cathene de manibus eius. dicit quod adhuc erat in preliis (?). et dixit angelus ad eum. Precingere et calcia caligas tuas. deposuerant enim cingulum propter molestiam carceris. ut minus quidem dum illa tempora teguntur nodis. in quo datur exemplum sanctis uiris. quia in angustiis licet eis laxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos. et apostolos dum angulus ... propter afflictionem carnis et petrum ad tempus deposuisse cingulum. propter molestiam. et fecit petrus sicut mandauit angelus. et addidit angelus.

Circumda te uestimento tuo et sequere me. Et exiens
sequebatur eum. et nesciebat quia uerum fiebat per an-
gelum. id est non putabat in rei ueritate fieri. sed ymagina-
ria uisione ostendi. Transeuntes autem primam custodiam
id est custodes carceris custodie deputatos. et secundam id est duos
commilitones. uel primam custodiam id est primam stationem.
et uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem
que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum.
et continuo discessit angelus ab eo. ut sciret se uere [illegible]
[illegible]. qui putabat ymaginarie sibi ostendi.
Et tunc ad se reuersus id est ad mentem suam. quia fue-
rat in maximo stupore dixit. Nunc scio uere quia misit
dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis. et de omni expectatione plebis iudeorum.
Et considerans ita esse uenit ad domum marie matris iohannis
qui cognominabatur marcus. non euangelista. ubi erant
multi congregati et orantes. ut orarent pro petro. Et cum
pulsaret petrus ad ianuam. egressa est puella. nomine
rode. et ut cognouit uocem petri. pre gaudio non
aperuit ianuam. sed intro currens nuntiauit petrum stare
ante ianuam. Et dixerunt illam insanire. scientes petrum
incarceratum esse. Illa autem affirmabat rem se sic habere.
Illi autem dicebant angelus petri est. Super quem locum dicit
ieronimus cunctorum dignitatem esse [illegible]. unumquemque
quoque ab ortu natiuitatis sue habere angelum sibi in cu-
stodiam deputatum. Petrus autem perseuerabat pulsans. et cum
aperuissent uiderunt eum et obstupuerunt. Et innuit
eis manu ut tacerent. ut sub silentio miraculum in-
derent et audirent. uel forte ne clamore gaudi-
orum aduentus eius innotesceret [illegible] et narrauit
quomodo eduxit eum dominus de carcere. et dixit. Nuntiate
iacobo et fratribus eius. Iacobo scilicet alphei episcopo ie-
rosolimorum. Et [illegible] fugiens ab herode. et
egressus eadem nocte abiit in alium locum timore he-
rodis et iudeorum. De morte herodis.

Facta autem die post eductionem petri de carcere. erat
non parua perturbatio inter milites quidnam factum esset
de petro. Unde apparet quod clausum reliquerat carcerem.
Alioquin non esset ambiguum eum euasisse. Herodes autem
requisito eo et non inuento diligenter inquirens
de custodibus [illegible] nollent quidnam factum esset [illegible]
iussit eos adduci. ad se ut uindicaret in eos. non
tamen uindicauit [illegible] ut saluatio petri
nullis noceret. Inminente enim negotio descendit
herodes a iudea in cesaream palestine. [illegible] tyro
et sydoni ut noceret tyriis et sydoniis. quibus iratus erat.
Qui audientes tyrii et sydonii uenerunt ad blastum. qui
erat cubicularius herodis. et custos thesaurorum eius.
quia erat amicus eorum et pronus. et cum spe [illegible]
[illegible] sunt. Ideo enim poterant sustinere [illegible]
regis [illegible]. Statuta autem die herodes uestitus
ueste regali. sedebat pro tribunali et concionabatur ad eos. et quo-
tiens ad eos [illegible] blandiens eis. ipsis autem acclama-
bant. dei uoces et non hominis. id est exhibebant ei lau-
des deo debitas. et non homini et dum adulationis fauo-
ribus demulcetur. et oblatos sibi diuinos honores
non respueret. respiciens supra se uidit imminentem
et insistentem capiti suo. in similitudine angelum bu-
bonem mortis eius prenuntium. Et tunc re-
cordatus iosephus inclinauit se ad eos qui sibi applau-
debant. et dixit eis. ego deus uester morior. Sciebat
enim [illegible] dixit ei augur cum esset ad carcerem
se per uisionem bubonis [illegible]. [illegible]
et confestim ut habetur in historia percussit eum an-
gelus domini. id est [illegible] dei super eum. quia per .v. dies
uentris dolore cruciatus. et corrodebant uermes [illegible].
eius et ita paulatim consumptus a uermibus exspirauit.

Reliquid autem filium qui cognominatus est herodes
agrippa. non herodes qui adhuc rome erat
et [illegible] tetrarchiam philippi [illegible]
[illegible] ultra iordanem
[illegible] fideles de iudea [illegible]
ad [illegible] angeli [illegible]
agrippe illius id est filii herodis agrippe. hucusque tractatur

De nunc redit historia narratur
ad ordinem suum et continuatur ei quod super-
dictum est. collectam factam a fidelibus antiochie mis-
sam pauperibus in ierusalem per barnaban et saulum.
Quia enim intersertum est ab herode de morte iacobi. de
incarceratione et liberatione petri. et [illegible]
prosequitur de reditu barnabe et sauli a ierosolimis
historia in hunc modum. Verbum domini cre-
scebat et multiplicabatur. Barnabas autem et pau-
lus reuersi sunt a ierosolimis. assumpto sibi io-
hanne qui cognominatus est marcus post expletum
ministerium. Erant autem in ecclesia que erat antiochie
preter eos qui uenerant a ierosolimis. prophete et docto-
res. inter quos erat symon [illegible] et manaen
qui erat herodis tetrarche collactaneus id est eodem lacte nutri-
ti possunt. idem accipi prophete et doctores. Sed per
istam distingui prophete de futuris. et doctores de presentibus
et uide quia [illegible] symon dicitur a colore niger [illegible]
tatione uocabulum. uel [illegible] hebraum dictum est.

tius est ascendisse. t. de iudea in antiochiam. sig-
num est hebreum et misterium ascendens. Ministrantibus au-
tem domino et ieiunantibus dixit eis spiritus sanctus. Segregate
mihi barnaban et paulum in opus ad quod assumpsi
eos. qui audito consilio spiritus sancti remiserunt saulum
et barnaban in ierusalem ad petrum et iacobum et
iohannem qui erant ibi qui consulti sunt
audito mandato apostoli et ieiunantes et orantes
imposuerunt eis manus in modum ordinandorum.
Certum est per manuum impositionem alicui ordinis so-
lempnitatem circa eos celebratam fuisse. meminit enim
de ordinatione apostolorum ab eis. uel quod dominus im-
posuit eis manus de preceptum tamen circum hic quod
antiochie missionem celebrauerunt sed potuit fieri
et apostolus per ordinatos quod dominus eis a domino sic fa-
cite in meam commemorationem. Et licet non in-
ueniatur barnabas. paulus aut quis preter eos electi sunt
ab apostolorum consilio spiritus sancti. forsan male
fuit priuilegiati. necessaria solempnitas ordinis.
circa eos celebrata. multi in primitiua ecclesia sine hac
solempnitate ordinis. ad sacerdocium promoti sunt
et multa loca sine diaconio et presbiteralibus ordi-
nibus sacerdotes facti sunt. Et imponentes eis ma-
nus et orantes dimiserunt eos. Et ipsi quidem mis-
si sunt a spiritu sancto eo duce. Actus qui separauit eos
ab ecclesia. abierunt seleuciam et inde nauigauerunt
cyprum. Et cum uenissent salaminam predicabant
uerbum dei in sinagogis iudeorum. habebant autem et
[illegible] in ministerio
predicationis. iohannem qui cognominatur marcus.

Et cum perambulassent uniuersam insulam [illegible]
lam. usque paphum. *paulus et barnabas [illegible]*
phum inuenerunt quemdam uirum magum pseudo-
prophetam iudeum. cui nomen bariesu. qui
erat cum sergio paulo. uiro prudente. qui erat
homo magne dignitatis. Erat enim proconsul .i.
secundus a consule. hic accersitis barnaba et saulo.
desiderabat audire uerbum dei. tamen resistebat et
elimas magus et sic interpretatur nomen maleficorum ap-
pellatum est ibi. Saulus autem qui et paulus repletus
spiritu sancto intuens in eum dixit. O plene omni
dolo et omni fallacia fili diaboli inimice omnis
iusticie. non desinis. subuertere uias domini rectas.
Nota quod dicitur saulus qui et paulus. unde
creditur quod a sergio paulo ad fidem conuerso dictus
est paulus. Unde hic primo fit mentio de hoc nomine
paulus. Solus origenes dicit. quod semper fuit
binominis. dictus .s. saulus et paulus. Sed in accep-
tione apostolatus primo sortitus est hoc nomen. ut qui prius
nomine a saule persecutore dicebatur saulus. de superbo
factus est humilis. et sancto dictus est paulus. quod modicus et
humilis. uel quod nomen suum interpretando. dicit se
minimum apostolorum. uidetur autem .xiii. anno a passione
domini promotus ad apostolatum. cum barnaba. et sortitus
pauli uocabulum et ymnum prefecit ad magisterium gen-
cium. cui satis consonat ecclesiastica historia. ubi
legitur precepisse apostolis. ut post passionem .xii. an-
nos predicarent in iudea. Et .x. anno ceperunt pau-
lati exire ad gentes. necdum tamen ex toto sed omnino
exierunt de finibus iudee. Et nunc inquit ecce ma-
nus domini super te. et uidebis cecus usque ad tempus. Et
confestim cecidit in eum caligo et tenebre. et circuiens
quasi in modum cecus et inclinans se circuiens querebat
qui manum ei daret ut auferret eum. Et statim
proconsul uiso miraculo credidit super doctrina domini
admirans. *De discessu Iohannis ab eis.*

Cum autem a papho nauigassent paulus et bar-
nabas cum eo. uenerunt ad pergen ad ciuitatem pamphi-
lie. Et tunc iohannes discedens. ab eis reuersus est in ieru-
salem. ut uenias cum eis et forsan uel socius eis
bis fuit. causa quare discessit ab eis. et sic fuit
occasio discidii inter paulum et barnabam. Paulus uero
et barnabas uenerunt antiochiam. que olim dicebatur
reblata. et ingressi sunt in sinagogam post lectionem
quam audierunt et legem non predicabant eos principes
sinagoge. Uiri fratres siquis est in uobis sermo ex-
hortacionis dicite. *De sermone pauli in antiochia*

Surgens autem paulus et manu *silencium indicens*
silencium indicens. ait illis fecit magnum
sermonem. incipiens ab abraham. Uiri israelite
et qui timetis deum de gentibus audite. Deus ple-
bis israel patres nostros elegit. et exaltauit plebem
cum essent incole in egipto sustinentes in luto
et latere de qua eduxit eos. in manu forti. Et .xl. an-
nis sustinuit mores eorum in deserto. delens gentes
septem in terra promissionis. et desertis. Gentes
qui habitabant in ea. quasi post .xlv. annos intel-
ligendum est a natiuitate ysaac. Alii a natiuitate
usque ad exercitum israel de egipto fluxerunt anni
.xlv. post completos .xl. annos in deserto et usque in
canaan. A nacimento enim ysaac usque ad diui-
sionem terre. fluxerunt .ccc.l. anni. et post .cccc.
l. annos dedit eis iudices. qui ex ordine fuerunt. post
sub iudicibus usque ad tempus samuel. Et ex
inde postulauerunt regem dedit quem eis saul et regna-
uit .xl. annis. computatis simul annis samuel.

ex eis et postulaverunt regem. et dedit illis saul qui
regnavit .xl. annis. Sic cum haberet in annis .cccc.
et eo sublato de medio. suscitavit eis david regem. Cui
testimonium perhibens ait. Inveni virum secundum cor meum
ex cuius semine suscitavit deus ihesum salvatorem israel ante
adventum precedente iohanne.

Viri fratres filii generis abraham. et qui in vobis sunt de
gentibus timentes deum. vobis specialiter verbum salutis hu-
ius missum est. Qui enim habitant iherusalem et principes
eius. hunc ignorantes et ihesum. et voces prophetarum. que
per omne sabbatum leguntur. advenientes eum morti os
impleverunt nescientes. Deus vero suscitavit eum a mortuis.
et visus est per .xl. dies ab hiis. qui simul ascenderunt cum
eo in galilea. in iherusalem qui usque nunc sunt testes
eius ad plebem. et nos vobis annunciamus eam. que ad
patres nostros repromissio facta est. quam hanc deus adimple-
vit filiis nostris. resuscitans ihesum. Notum sit vobis fratres
quia per hunc peccatorum remissio vobis annunciatur. ab omni-
bus peccatis. quibus non potuistis in lege moysi iusti-
ficari. qui credit in hunc [illegible] iustificatur. Videte
ergo ne sitis contemptores. ne veniat super vos quod
dictum est. que contemptoribus [illegible] imminet in hunc
modum. Videte et admiramini et disperdimini. quia
opus eorum in diebus vestris. quod non credetis. i. quia non credetis opus
s. quod ego in diebus vestris. i. incarnatione. *Quod ceteri [illegible]*

Exeuntibus autem illis rogabant ut in se- *[illegible] ad gentes*
quenti sabbato loquerentur adhuc in synagoga. et
cum egressi essent de synagoga. multi iudeorum et de proselitis
venientium secuti sunt paulum et barnabam. Se-
quenti vero sabbato pene universa civitas convenit audire
verbum dei. Et videntes iudei repleti sunt zelo. invi-
die. Quo amore exprimitur quod dicitur hic. qui dicebantur
a paulo blasphemantes. blasphemus enim est qui
ex invidia obloquitur. Tunc repleti sunt
zelo dei paulus et barnabas constanter dixerunt. Vobis oportebat
primo loqui verbum dei. nisi verbum dei diceretis. Non
sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. Sed quia
repellitis illud et indignos vos facitis. Ecce convertimur ad
gentes. et non. cum hic legatur dictum a paulo. et bar-
naba. in antiochia. que est in iudea. et in galatia et in
ceteris locis legitur dictum. ab apostolis in iudea. Et cum vellet
transire ad gentes post .xxiii. annos predicationis in iudea.
Sed ne moveat te quod ponitur ubique dicitur. Sicut
precepit vobis deus. Posui te in lucem gentium. ut
sis salus mea. usque ad extremum terre. Et sunt

in ysaia. verba patris ad filium. Ac si diceret pater
filio. misi te. ut per credentes in te fideles. usque
ad terminos terre gentibus disseminares lucem vita-
lis. Sed cum specialiter dictum sit de christo nostro capite. quod hic legitur
dictum de paulo. quia tamen unum caput et membrorum
ut quod dictum est capiti membris dictum reputetur. Ubi
Sicut caput se persecutionem membrorum reputat
iniuriam sibi dicens. Saule saule quid me perse-
queris. *De receptione predicationis a gentibus*

Audientes autem gentes gavise sunt de salute sua
gavisi sunt et magnificabant deum. et credi-
derunt multi ex eis. Iudei tamen zelo. i. livore in-
vidie succensi concitabant mulieres religiosas
et honestas civitatis. et excitabant persecutionem
in paulo et barnabam. et eiecerunt eos de finibus su-
is. At illi excusso pulvere de pede. in eos quod fecerat
illis dominus in testimonium. Venerunt yconium. et
in galilie civitatem. locuti sunt in synagoga. et
credidit copiosa multitudo iudeorum et grecorum. et de-
morati sunt ibi multo tempore. fiducialiter predicantes.
domino predicationem confirmante miraculis. Non
multi tamen de iudeis incredulitate permanentes sus-
citaverunt ad incendia. concitaverunt animos gre-
corum. adversus credentes. et divisa est civitas aliis
iudeis faventibus aliis apostolis. et cum factus esset
impetus gentilium et iudeorum cum principibus suis.
ut contumeliis afficerent apostolos. et lapidarent
i. lapidibus fugarent eos. cum fugerent ad civi-
tatem licaonie. s. listram et derben. et ea hic dic-
cum sic venerunt listram. nisi conqueratur sermo
nis in consequenti dicitur. Erat quidam vir in listris
postea dicendum fuit listre. vel listre listra. ut
listris indeclinabile. Ut sequitur. Erat vir quidam
listris. quod greco sonat in hebreo. paulus et bar-
morabantur in listris. Erat enim vir vite infirmus
pedibus claudus ex utero matris sue. et sedebat. quia
non ambulare. non stare poterat. qui numquam ambula-
verat. Hic audivit paulum loquentem. Quem intu-
ens paulus et videns. spiritu sancto revelante quod haberet
fidem ut salvus fieret. s. tamen. quod ad salu-
tem duxit. Vel videns quod salvandus foret
dixit magna voce. in nomine domini ihesu christi surge et am-
bula. super pedes tuos rectus. et statim exiliit et
ambulabat. Turbe autem cum vidissent quod fecerat
paulus. putabant ipsum. et deum suum barnabam

dii esse, et in forma humana apparuisse. Et leva-
verunt vocem dicentes: Dii similes facti hominibus descen-
derunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iovem, quia
prior etate videbatur. Paulum vero Mercurium, quia semper erat
eminentior. Iovi commendabatur, qui eloquens et ver-
bis fuisse dicitur. Et facundiam hominibus preesse
putabatur. Unde Mercurius quasi medius currens inter aures et
linguas. a Grecis dicitur Hermes, quasi interpres.
Sacerdos quoque Iovis qui erat in civitate volebat
sacrificare. Unde ad ordinandam faciem templi iuxta
ritum gentilium vel ut capitibus eorum imponerent
ad honorem, aut quia hec alia religio nobis ignota.
Hoc autem audientes Paulus et Barnabas, quod di-
vinos honores vellent eis exhibere, scindentes vesti-
menta sua, quod solebant Iudei audita blasphe-
mia in Deum, et prohibuerunt illis talia exhibe-
ri, cum se esse homines mortales, quos predicabant
ut eos revocarent ab ydolatria. Et vix sedaverunt
turbas ne sibi immolarent. De persecutione quam

[D]emorantibus autem eis et docentibus passi sunt
in Listris supervenerunt ab Yconio et Antiochia
Iudei, et persuasis turbis in persecutionem Pauli lapi-
daverunt eum, et traxerunt eum extra civitatem, exis-
timantes eum esse mortuum. De qua lapidatione ad
Corinthios ait loquens: semel lapidatus sum. Sed
discipuli eius circumdederunt eum assistentes ei et intra-
vit, et nescientibus Iudeis reportaverunt eum ad ci-
vitatem, et convaluit. De eodem

[E]t postera die profectus est cum Barnaba in Derben
et predicaverunt ibi sicut fecerant in Listris. Postea redierunt
per easdem civitates, per quas venerant, confirmantes
se esse in fide, et constituerunt in magnis civitatibus pres-
byteros, id est episcopos. Et eo tempore eodem nomine censebantur episcopi et presbyteri,
et postea distinxerunt presbyteros ab episcopis, qui erant maiores.
Inde iterum ad eos cum amplius [illegible] et cum conti-
nuerent redissent, Listris, Yconium venerunt, ad Antio-
chiam Pisidie, et pertranseuntes Pisidiam venerunt in Pam-
philiam regionem, in qua civitas Perge, et quia locuti sunt
verbum Dei et descenderunt in Ytaliam et inde navigave-
runt in Antiochiam. Unde prius exierant legati
a spiritu sancto ad predicationem evangelii. De questione

[D]umque venissent Antiochiam circumcisionis
et congregassent fideles, Antiochenis reclama-
verunt eis quanta fecerat Deus per eos in gentibus, et
morati sunt ibi non modico tempore cum discipulis.
Et dum ibi moram fecerunt, et descenderunt quidam
de Iudea, scilicet adhuc tamen iudaizantes, et fuerunt de secta
phariseorum, et hii summe seditionem inter eos et Pau-
lum et Barnabam, quibus predicabant fidem absque
legibus ad salutem non sufficere. Et statuerunt eos cum ali-
qua consuetudine [illegible] et [illegible] ut ipsam hanc
dirimendam ascenderent in Ierusalem ad maiores apostolos,
scilicet ad Petrum et Iacobum episcopum Ierosolimorum. Et ascendit Pau-
lus cum Barnaba, assumpto Tito, sicut ipse scribit
in epistola ad Galathas. Et quia transierunt de Iudea, enarra-
bant gesta eorum. Quidam scilicet de heresi phariseorum ad fidem conversi,
qui cum venissent Ierosolimam, et essent in presentia
apostolorum Petri et Iacobi et seniorum, surrexerunt contra Paulum et
Barnabam dicentes: oportet circumcidi fideles, et servare le-
gem Moysi. Et audientes utrasque partes sua quesiverunt apostoli
et seniores, ne videretur super hoc. Et facta multa disqui-
sitione tam inter apostolos et seniores, surgens Petrus
et rationabiliter ostendit non esse imponendum fidelibus
iugum legis. Et ipse consilio Dei baptizaverat Cornelium
et gentibus predicabat. Sibi evangelium, et Deus predicationem
eius confirmavit [illegible] fide mundans corda eorum
antequam baptizarentur visibiliter, mittens super eos spiritum
sanctum, nec indicavit eis observantiam legalium. Quid
ergo modo nunc temptatis Deum imponere iugum super cervices
discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potui-
mus. Et tunc ceperunt Paulus et Barnabas narrare
quanta signa et prodigia fecerat Deus in gentibus per eos, et
tacebat multitudo audiens eos. De sermone Iacobi

[E]t post silentium respondit Iacobus fratris domini
[illegible] illo Petro: Viri fratres audite me. Si-
mon narravit quemadmodum Deus primum visitavit gentes,
vocans eos ad fidem. Et induxit testimonium Amos
prophetam. Autem pontificali potestate diffinitivam sententiam suam dans:
Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus con-
vertuntur ad Deum, sed scribere ut mandemus ad eos epistolam,
ut abstineant se ab ydolatria et suffocato et sanguine.
Ydolatria siquidem in gentibus consueverant ad Deum,
maxime [illegible] fornicationem [illegible] et
nullum [illegible]. Reputabatur inter gentes et specialiter [illegible]
[illegible] apostoli [illegible] generaliter. [illegible]
ad effundendum sanguinem consueverunt et [illegible] san-
guine immolant [illegible] specialiter [illegible]
a sanguine effundendo [illegible] ad literam prohibe-
runt animal suffocatum [illegible]. Sed pla-
cuit [illegible] sententia Iacobi apostolis et senioribus et [illegible] con-
sensu elegerunt viros per quos mitterent epistolam cum
Paulo et Barnaba, Iudam et Silam, et [illegible]

salutacio in hunc modum. Epistola missa gentibus ex gen-
Apostoli et seniores fratres hiis qui sunt ex gentibus tibus
salutem. Sunt autem post salutacionem hec verba epistole. Au-
divimus quia quidam descendentes de iudea turbaverunt vos
evertentes animas vestras. volentes imponere vobis duo hec in-
gerunt de [illegible]. Ideo de communi consensu. decrevimus eligere viros et
mittere ad vos cum karissimis nostris paulo et barnaba
visum est enim spiritui sancto et nobis nichil ultra nos imponere vobis oneris
quam ut omnes abstineatis ab immolatis simulacrorum et san-
guine et suffocato et fornicatione. a quibus abstinentes bene age-
tis. Valete. Quomodo consolati sunt conversi ex gentibus
Ascendunt ergo paulus et barnabas in antiochiam. et
duo illi missi sunt cum eis. Cumque descendissent congrega-
ta multitudine tradiderunt eis epistolam. et audita consola-
cione de iugo legis non imponendo sibi. gavisi sunt
de gentibus. Iudas autem et silas cum essent prophete consola-
ti sunt eos et multorum confirmaverunt eos. in fide nostra
est 2a. hic premittendum quod de precepto assensu ierusalem et
determinanda hec questione. scribit apostolus ad galathas in hunc
modum. Deinde post annos xiiii a conversione mea. ascendi
ierosolimam cum barnaba. assumpto tito et contuli
eis evangelium. quod predico in gentibus. Ex quo nimio annorum
colligitur. quod eodem anno quo paulus ascendit ierosolimam
scilicet xiiii. a conversione sua. ascendit petrus romam et eodem anno
sedit in cathedra episcopali. in qua sedit xxv. annis. Quibus
addeas ii. et xxv. xxxviii. reddunt. Vicesimo quinto anno
a promocione sui petri. in sede romana. scilicet ultimo anno ne-
ronis passi sunt petrus et paulus. et sic xxxviii anno
a passione domini qui fuit ultimus neronis. passi sunt
martirium; Si autem legatur aliquando paulus consulis ad
fidem. sexto anno. a passione domini intelligendum est. sexto
anno cui generi non tamen erat usualis sicut alii
determinatur. Quarto decimo ergo anno a passione domini. scilicet quarto
anno claudii ascendit petrus romam. et sedit in
cathedra episcopali x. annis. sub claudio. qui regnavit
xiiii. annis. et nerone post eum tredecim annis. Determinat
Dicit autem quidem quod est quando sedit antiochie
sedit petrus in sede antiochena. Quando rome
Constat autem quod sedit antiochenus sede episcopali vii annis
quod necesse est de xiiii. illorum intelligi esse. qui a passione
domini fluxerunt usque ad eius promocionem in sede roma-
na. post vii. autem annos quibus sedit in sede antiochena
consilio domini de ierusalem ascendit romam. sed in absencia eius
ille per antiochiam ut confirmaret subditos suos in fide-
ne sicut in [illegible] substituit euodium in sede anti-

ochena. et in hoc tempore per antiochiam redargu-
tus est a paulo. quia comedens cum gentibus de iudea. timens eos
molestare discedebat ab eis et eos cogebat. gentes
iudaizare. Unde paulus ait. Cum venisset cephas anti-
ochiam. in faciem ei restiti. De causa dissensionis in-
Eodem autem anno quo ascendit petrus ter paulum et
de antiochia romam paulo et bar barnaba
nabam antiochiam remanentibus. erat quidam
pontifex iudeorum. qui per violenciam sibi volens usur-
pare potestatem constituendi summum pontificem et
mutandi pro arbitrio suo. ut plerumque summum sacerdotem
unum vel duos. constituit in eodem anno. et videntes
iudei. quod non prodesset ei resistere petierunt ei licenciam
consulendi gaium imperatorem romanorum. ut eius voto hac
voluntatem compesceret. Alioquin dedisset et gessit eis.
et cum misissent nuncios suos romam erat ibi agrippa
filius herodis agrippe quem pater discedens in manum gaii
dimiserat. Gaius qui differebat eum mittere in iudeam.
tanquam dominum. cum pro sentencia nimis ei pro rectitudine
eciam eius. Iste audiens quod cum pro suis agerent in-
cessit pro eis et obtinuit. et rescripsit gaius pontifici.
ut ab hac exaccione desisteret. et destitit. et rescripsit iu-
deis. ut super hoc gracias agerent agrippe. ad cuius interpella-
cionem hoc optinuerunt. et iudei significaverunt ei ut
mitteret eis agrippam. et tanquam regem et dominum facerent
eum. Ipse autem adhuc distulit. Postea vero consulens ei
misit eum in iudeam. non tamen reddidit ei totam
etiam patris. qui totam etiam ante optinuerat. sed
dedit ei galileam. regionem scilicet ultra iordanem etiam
duarum tribuum et dimidie. et dedit ei potestatem constitu-
endi summum sacerdotem in ierusalem pro arbitrio suo. quam
negaverat pontifici.
Iste fuit agrippa in regno cui successerunt fideles
a iudea immenerant gladio. ierusalem. ab angelo per-
cussus sicut habes supra mathiam. sed nunc prosequimur de
paulo et barnaba. Post aliquos dies visitemus eis quomodo
revisitare parentes in quibus predicaverunt verbum dei
et visitare fratres. et confirmare eos in fide. Barnabas
autem assumpto marcho navigabat cyprum. Ex eo
quod noluit dimittere eum. perpenditur eius fuisse cog-
natus. legitur autem fuisse consobrinus. Paulus apostolus
assumpto sila. cum duxit ad hermogenem. ut eum
pateret et perambulabat syriam et siliciam. Pervenit
in derben et listram. Ubi erat quidam iuvenis nomine
timotheus filius mulieris iudee. Vel vidue natus

de parte gentili cui perhibet testimonium religiosis
omnes qui erant Iudei. Hunc circumcidit Paulus contra
cor. [illegible] consuluit eum pro tollendo scandalo iudeo-
rum ne scandalizarentur quod haberet secum non circumcisum. non
quod legalia per veritatem evangelii essent necessaria pau-
latim tamen non subito iudeis erant tollenda. et quasi
cum honore mater sepelienda erat. Post eduxit se-
cum paulus timotheum et pertransibant per civitates. et
precipiebat observare decreta apostolorum et seniorum qui erant
in ierusalem. et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur.

Transeuntes autem phrygiam. Quare prohibiti sunt verbum [illegible]
et galatie regionem. volentes ire in asiam mi-
norem prohibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominum
quia tunc non essent credituri. Solvitur questio. Sciebat tam-
dari caritatem et impios de contemptu predicationis amplius
dampnari. Voluit itaque has provincias aliis apostolis
reservare. Philippus itaque et iohannes predicaverunt in asia
minori. lucas in bithinia. a qua similiter a spiritu sancto
sunt prohibiti ab his provinciis. vel quia destinati erant
a spiritu sancto alius apostolus asiam minorem. Iohannes bithi-
niam lucas. Venit origenes de primitiis. et dexter
dandis sacerdotibus. reddit causam dicens quod
dicit prudens servus suus. elemosinam corporalem ab
his provinciis discipulos per famem prohibuit. per il-
la maxima fame in qua helena sustentavit fratres
pauperum. que facta est quarto anno claudii. nec fuit hec
helena mater constantini. sed regina adiabenorum. Ca-
morte capta est rex adiabenorum. et eam in uxorem ac-
cepit. et concepit ex eo. et cum nocte dormiret cum ea
et posuisset manum super uterum pregnantis. ab eo
audita est vox in hunc modum. Vide ne ledas pu-
erum. quia magnus futurus est in mundo. et audita
voce huiusmodi. cum magna diligentia dixit hec ux-
ori sue. Postea puerum natum cum magna diligentia
nutrierunt. et mortuo patre adhuc puer factus est rex.
et commendatur in multis. et hec est commendatio. et hec
est commendatio. et audiens unum deum coli a iu-
deis coluit eundem. et suscepit circumcisionem et mo-
ribus. Hec mater helena veniens ierusalem invenit
fratres fideles in ierusalem. inedia laborantes. quia
erat tempus famis et emit circumquaque undique quanti-
tatem argenti copia. et sustentavit fratres qui e-
rant in ierusalem. et cum adhuc esset in iudea. nunti-
atum est ei quod mortuus esset filius eius. et statim
rediit. et fecit extrahi eius cadaver de sepulcro
et reportaverunt in iudeam et fecit non longe a
ierusalem. extrui duo mausolea. et in altero re-
posuit corpus filii et precepit cum mortua esset in altero
corpus suum reponi. et sic factum est. et adhuc apparent
vestigia mausoleorum. et putant multi decepti esse
mausoleum helene matris constantini. De visione

Cumque autem pertransissent que apparuit paulo
mysiam autem paulus et socii eius. venerunt tro-
adem. et ostensa est paulo visio per noctem. Appa-
ruit enim vir macedo. id est angelus illius gentis. assimu-
latus sed macedoni generi lingua vel forma spe-
cialis et deprecans eum et dicens. Transiens in macedoniam
adiuva nos. Ex hoc verbo videtur fuisse homo non angelus.
Non enim egent angeli auxilio mundi. Sed hic dicitur
angelus. accepta persona macedonum. Ut autem visum
vidit statim conveniens proficisci in macedoniam certi facti quod
vocasset nos deus evangelizare. Et nota quod dicitur
conclusum. hic enim primo ostenditur lucas se comitem
fuisse pauli. forte et nunc primo adhesit ei. Unde an-
tequam in precedentia ait venerunt. hic ubique venimus. et
similia. hic autem primum coniunxit se lateri pauli. Vi-
de quoque quod vir dicitur erat vir macedo. Super hoc illo loco
glosa habetur modica. Angeli semper stare dicuntur.
aut pluribus adherentes. in antiphona paschali: Sede-
bat angelus. emendant sicut hic errant. Intelligendum
semper in hoc libro. cum legitur in evangelio angelum
sedisse ad monumentum. Navigantes autem a troade
recto cursu venimus samothraciam. et sequenti die neapolim.
Inde philippis. que est prima civitas macedonie. Venientibus
a mari prima occurrit. et erat colonia. dicitur colo-
nia civitas illa. que indigenarum novis cultori-
bus impletur. Vel colonia. quasi a novis cultori-
bus impletur. Fuimus autem ibi per dies aliquot. Et die sabbatorum
egressi sumus extra portam. iuxta flumen. ubi videbatur
locus esse conventus orationis. id est locutionis vel supplicationis.
Orare namque accipitur pro supplicare. [illegible]

Et sedentes loquebamur [illegible] mulier purpuraria
mulieribus que convenerant. Et mulier quedam
nomine lidia purpuraria civitatis thyatirorum
que vestes purpura. vel quia erat de semine regio
femina. vel quia vendebat purpuram. Cum autem bap-
tizata esset et domus eius. deprecata est nos dicens.
Si iudicastis me fidelem domino esse introite in domum meam.
et manete. et coegit nos. Intravimus simul. [illegible] adhuc
enim abhorrebant intrare domos gentilium pro vi-
tando scandalo iudeorum. De spiritu phitonico a puella

Factum est autem euntibus nobis ad orationem [illegible]
quod obviaret nobis quedam puella habens
spiritum phitonicum. potest autem intelligi phitonissa.

uel spiritum phitonicum operans arte magica. uel spiritu
phitonico repleta. Sic enim duobus modis dicitur
in greco. Est nomen phetonissa. uel dicitur phitonissa. que
per phitonicum spiritum suscitatione mortuorum operatur arte
magica. ut que ad petitionem saulis ab inferis re-
uocauit animam samuelis uel potius pro ea spiritum inmun-
dum. Est enim species artis magice ab apolline phitio
inuenta. et ab eius cognomine nominata. Dicitur a
phetonissa. que a spiritu phetonico possidetur. et ea utitur
quasi organo suo ad diuinandum. qualis hec potest uideri accipi.
et erat questuosa dominis suis. quia multum percipiebant emo-
lumenti. ex diuinatione ipsius. Hec subsecuta paulum et eius
socios clamabat dicens. Isti homines serui sunt dei
excelsi. qui annuntiant uobis uiam salutis. et sic
clamabat multis diebus forte pro bonum natura uel potius
spiritu suo phetonicum. ut per eum non loqueretur urgente
compulsus a paulus ipse per hoc illum clamantem dixit spiritui
inmundo. precipio tibi in nomine christi. exire ab ea. et ex-
iit eadem hora. quia in-dignum erat ut uerbum euan-
gelii per eum spiritus mendax annuntiaret. Videntes
autem hec domini eius. scientes quia maximum inde fuissent
incommodum apprehendentes silam et pamphilum et duxe-
runt eos in forum ad principes et offerentes eos magis-
tratibus dixerunt. Isti conturbant ciuitatem nostram. cum sint
iudei. nouam quandam religionem. quam non licet nobis
suscipere cum simus romani. Iam enim decretum erat a
romanis ut nullus deus de nouo coleretur non appro-
bante senatu. et cucurrit aduersus eos magistratus et
scissis eorum tunicis. iusserunt eos uirgis cedi et fla-
gellatos miserunt in carcerem. precipientes custodi
ut diligenter custodiret eos. qui decepto mandato
misit eos mandato misit eos in carcerem. interiorem
pedes eorum stringens ligno. De motu carceris
Media autem nocte paulus et silas
decantabant ymnos. et adorantes lauda-
bant dominum. et dum media nocte orarent subito
terremotus factus est. et omnia fundamenta carceris commota
sunt hostia aperta. uincula omnium que erant in carce-
re rupta. non solum pauli et sile et aliorum. Expergefactus
autem custos carceris et uidens ianuas carceris apertas
euaginato gladio uolebat se interficere. estimans
omnes incarceratos aufugisse et cum esset paulus in medio
tenebris carceris. uidens hoc in spiritu exclamauit. Nichil
feceris mali tibimet. quos custodiebas hic sumus. Sic
erat enim quod sibi uolebat manu inferre quia putabat eos
incarceratos aufugisse et petito lumine a ministris
intrans custos carceris. et tremefactus cum per hiis. qui

fas fuerat in demoniaca. et quia intellexit. paulus
quod se uellet ad fidem conuertere. procidit ad pedes et sile paulo. ad quem
illi. Crede in dominum yesum christum. et saluus eris. tu et domus
tua et locuti sunt ad eum uerbum domini et omnibus qui
erant in domo eius. et tollens illos in illa hora. la-
uit plagas eorum et baptizatus est et sic lauit et lotus est
Cumque perduxisset eos Quomodo magistratus rogauerunt ut di-
ad domum apposuit mensam. et letatus mitterentur
est cum omni domo sua. credens in deum. et cum dies fac-
tus esset miserunt lictores ad custodes carceris dicentes.
dimitte homines illos. tamquam dicerent. dimitte-
bant autem illos ne plures crederent quia iam innotuerat in-
nocentia eorum. et nuntiauit custos carceris hec uerba paulo. miserunt
magistratus ut dimittamini. Nunc ergo exeuntes
ite in pace ad quem paulus. miserunt nos tercium.
flagellatos publice licet indempnatos homines romanos
id est romano imperio subiectione censi capite professos. et
liberos romana donatos et nunc occulte nos eiciunt
non sic. Sed ueniant ipsi nos eiciant. et cum re-
nuntiatum esset hec magistratibus timuerunt. audito quod
romani essent et uenientes. eduxerunt eos et ro-
gabant. ut egrederentur de urbe et exeuntes intra-
uerunt per lodia. et uisis fratribus consolati sunt eos et in
profecti. uenerunt tessalonicam ubi erat. sinagoga iudeorum
paulus. ut consueuerat intrauit sinagogam et per tria
sabbata disserebat eis de scripturis predicans christum mor-
tuum surrexisse et crediderunt aliqui ex eis et adiuncti
sunt paulo. et sile. et mulieres non pauce. et ple-
bis gentibus multitudo magna. zelantes autem
iudei et assumentes. quosdam malos de uulgo.
concitauerunt ciuitatem aduersus eos. Quomodo iudei tumu-
Et uenientes ad domum diuiserunt iasonem. actum est
iasonis. apud quem hospitati fuerant
querebant eos producere. in populum. et non inuenientes eos.
putantes a iasone fuisse occultatos. Et trahentes ia-
sonem et quosdam fratres ad principes. ciuitatis dicentes
Isti sunt quorum gaudent quos suscepit iason.
et ipsi suscipientes eos faciunt contra decreta cesaris. re-
gem alium dicentes esse cesarem. et concitauerunt prin-
cipes aduersus eos. et accepta satisfactione a iasone et
ceteris dimiserunt eos. ut sicut in eos primum fuit
manum inmiserant ita et primum fiat etiam. Erat iason
et alii fratres negauerunt se suscepisse eos. et multi
confessi sunt satisfacere. et per noctem dimiserunt
paulum. et silam ad beroeam et intrauerunt in sina-
gogam iudeorum et predicauerunt ibi. et multi de
beroiensibus crediderunt. et mulieres honeste non

que pauce

Et audientes iudei qui erant (Quod paulus athe-)
thesalonice: quod a paulo predicaretur (nis fecit.)
verbum dei in berroe venerunt illuc. concitantes
multitudinem. et statim dimiserunt multitu-
dinem. paulum fratres ut iret usque ad mare. quia
magis persequebantur eum iudei. eo quod esset dux verbi.
Silas autem et timotheus remanserunt ibi. qui autem con-
ducebant paulum perduxerunt eum usque athenas.
Et videns civitatem ydolatrie deditam. ut venirent ad
eum. et venerunt disputantes cum paulo. epicurei
qui ponebant ... beatitudinem. stoici in sola vol-
uptate corporis. stoici in sola virtute animi. et inde
dissentientes impugnare apostolum. unanimiter convenerunt
dicentes. quid sibi vult seminiverbius iste dicere. Vel
seminator verborum erat. sed melior eorum de sua intellione
expremens verbum sanctum. alii autem dicebant novorum
demoniorum videtur annuntiator esse. et apprehensum duxe-
runt ad ariopagum. id est ad vicum martis. in quo scilicet
erat templum martis. quia athenienses singulos vicos
denominabant a diis quos colebant. vicum in quo
colebatur mars vocabant ariopagum. quia arios
dicitur mars. videntur quod colebant pan dicebant et ita a sin-
gulis diis singulos vicos denominabant. erat autem
vicus excellentior ariopagus. quia ibi erat etiam magiste-
rium et scole liberalium artium. (de ara ignoti)

Et dum esset paulus in medio phi- (dei)
losophorum dicebant. Nova quedam infert auribus
nostris. possumus scire que sit hec doctrina nova. Ad quod philo-
sophorum reddet super hiis que dicas. Stans ergo paulus in
medio ariopagi dixit. Viri athenienses per omnia
video vos superstitiosos. preteriens enim vidi simu-
lacra vestra. et inveni aram in qua erat superscriptio hec
erat ignoto deo. et ignoto deo. Ac si diceret ara dedi-
cata est ignoto deo. Vel singularum aris superponebant
titulos. indicantes cui essent dedicate. et hunc quod
deum ignotum. cui hanc aram consecratis. ego annuntio
vobis hic deus qui fecit mundum et omnia que in eo sunt per
vivimus movemur et sumus quorum hec ara illi deo ignoto
consecrata. hystoria actuum non prosequitur. Id ne scrutare hec
supple. vel dicere. (Quod athenienses philosophi dicebant deum pati)

Dicit autem dominus tunc passionis videntes philosophi qui athenis
erant tenebras factas super universam superficiem ter-
re non potuerunt eam invenire in naturalibus causis. Un-
de eum ad hoc inducti sunt quod dicerent quod deus nature
patiebatur. et dixerunt athenienses. construamus aram
illi deo. et dedicaverunt aram. et suppositus titulus ignoto
deo. et cum vellent offerre holocausta ignoto deo dixerunt
phanes. Nolo vestra non eget. sed faciens genu

flectentes cum ara eius et supplicabant ei. quia non quid osculan-
dum fieret peccatum. sed devotionem animarum. hunc deum ignotum
annuntiabat eis paulus asserens eum mortuum fuisse
et resurrexisse ascendisse in celum in fine orbem iudica-
turum. et cum predicaret resurrectionem mortuorum quidam ir-
ridebant quidam autem nec respuebant nec recipiebant di-
centes. audiemus de te hoc iterum. exiit paulus de medio
eorum et quidam adherentes ei crediderunt. Inter quos fuit
dionisius ariopagita. qui postea ordinatus a paulo episcopus ... co-
rinthiorum et gallorum. modo quia pertinent hystoria actuum
unum supplere. (de dionisio ariopagita)

Iste dionisius magnus erat in ariopago et quinquies ad ex-
ortationem pauli restitit credere. et tamen non ad fidem sed toga
dilectionem. pauli consulentes se esse sed propter multam dilec-
tionem diem adhuc cum paulo disputaret. forte transiit cecus
per viam coram eis. et statim ait dionisius paulo. si dixeris huic
ceco in nomine dei tui vide. et si viderit ego credam. sed ne utaris
verbis magicis. quia forte nosti verba que sunt hic efficacia.
ego prescribam tibi formam verborum. hac ... inde forma verborum.
dicas huic. In nomine iesu christi de virgine nati crucifixi mortui
qui resurrexit et ascendit in celum. vide. et ut omnis tol-
leretur suspicio precepit paulus dionisio. ut ipse eadem
verba proferret et in eadem forma. et verborum dixit dionisius ceco ut
videret et statim vidit. et conversus est predicante et predicaret.
paulus athenis. et multos convertit venit corinthum et ibi
invenit quendam iudeum nomine aquila. cum uxore eius priscilla. quos
sepe commemorat apostolus. et salutat amicos suos. Isti nuper
venerant de ytalia. iudeis omnibus ex edicto claudii impera-
toris de regno eius exire compulsus. eo quod uxore claudii agrip-
pina per nimia familiaritate quam habebat cum eis. ad quod diver-
tit ad vicos suos ut eis indicaret. et hospitatus est paulus
apud aquilam et priscillam. eo quod eandem artem exercerent.
de suo manuum labore victum sibi querens. scilicet artem scenofac-
toriam. faciebant enim tentoria sicut papiliones. quibus uten-
tur indigentes tecto per immoderatum calorem. et convenienti-
bus ut dicitur ars scenofactoria. a scenos quod interpretatur
umbra. vel aliquos a scenos quod vicus dicitur. erant cum fa-
miliari et cum venissent phylas et timotheus de mace-
donia. in dimisit eos predicabat paulus instanter verbum
evangelii. contradicentibus illis et in blasphemantibus in
deum predicationem suam quod predicat dominum. excutiens pulverem
de pedibus in testimonium illis. quando suum a sanguine
vestro. quia quod in vos sive. nolui vos revocare. ab ipsa
etate unius. sed quia primates essent transeo ad gentes et
migravit inde transiit ad domum cuiusdam gentilis nomine
titus cuius domus erat coniuncta synagoge. ubi hoc intelli-
gendum de tito cui epistolam apostolus scripsit. qui eius fuit disci-
pulus. quem et cretensem episcopum ordinavit. et convictus

Crispus archisynagogus cum universa familia sua. Ille de quo apostolus ait scribens eis: Gratias ago deo meo quod neminem ex vobis baptizavi nisi Crispum et Gaium. Et multi corinthiorum audientes predicationem eius crediderunt et baptizati sunt. Et apparuit dominus nocte Paulo per visionem dicens: Noli timere, sed loquere et ne taceas, quia ego tecum sum, et nemo apponet manum ut noceat tibi. Et fuit ibi per annum et sex menses. Insurrexerunt autem iudei unanimiter in Paulum et traxerunt eum ad presentiam Gallionis qui erat preses achaie regionis in qua erat corinthus, et accusaverunt eum quod contra legem predicaret. Et locutus est Gallio ad eos: Si argueretis hominem istum de aliquo scelere manifesto, super eo iudicarem. Sed quia disceptatis de lege vestra, non ero iudex. Et videntes gentiles quod non foveret preses Pauli iudeos contra eo, apprehenderunt Sosthenem principem synagoge et percutiebant eum, et iudex erat dissimulans. Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos, et eis valefaciens, quia portus corinthi accessus navium, ut navigio veniret, in Cencris totondit comam quam nutriverat, quia fuit nazareus ex voto. Nazarei enim ad tempus ex voto comam nutriebant, et completo tempore voti tondebant, et in igne sacrificii ponebant. Quidam codices habent totonderunt. Unde quidam hoc referunt ad Aquilam et Priscillam. Sed Ieronimus et Augustinus ad Paulum hoc referunt. Quod Iudei contradixerunt

Et venit Paulus in Syriam du- Gallionem
